Duodecima heresis est eoꝛuz q̇ negant purgatoꝛium esse dandum. Vnde dicunt ꝙ propter auariciam ecclesia ponit esse purgatoꝛium post hanc vitam vt scꝫ pꝛo animabus denť elemosyne ⁊ oblatõnes et fiant obsequia ⁊ talia. ¶ Contra hũc erroꝛem ꝓcedeť tripliciter. pꝛimo auctoritate doctoꝝ. scd̃o rõnibus inquisitorum. tercio auctoꝛitatib⁹ sacre scripture. hoc mõ ꝓcedit Franciscus de maronis di. xxiiij. q. x. vbi mouet questionē: vtrũ post hãc vitam sit necessariuz ponere purgatoꝛiũ. Pꝛimo ergo auctãte arguiť Hiero. q̇ in canone hec exp̃sse dicit ⁊ aug⁹. grego. etiam in epistola ad bonifaciũ ⁊ in multis alijs locꝭ. Respondent heretici ⁊ dicũt ꝙ isti doctores fuerũt ex parte ecclie ⁊ ideo assentientes eius auaricie ꝯfoꝛmauerũt se cũ ea. Ideo scd̃o aliqui inquisitoꝛes arguunt sic cõtra eos. pꝛimo sic. Moꝛiatur vnus homo oĩno iustus et innocens. moꝛiať etiã alius qui fuit semꝑ peccatoꝛ penituit tñ in fine quõ erit ꝙ ambo simul vadũt ad ꝑadisum nunq̇d innocens debet statim euolare ⁊ ille q̇ semper peccatoꝛ ante et tũc penituit sed ꝓ peccatis nullã penaz sustinuit: dꝫ post hanc vitam puniri. Rñdent heretici ꝙ nõ sed ambo debent ire ad paradisum sed ille qui ꝓ pctis penam nõ sustinuit diminueť de gloꝛia. Scd̃o arguunt inquisitoꝛes sic. Quia si purgatoꝛiuz non est frustra timemus peccata et abstinemus quia possemus penitere i fine ⁊ sic euolare. Rñdent heretici ꝙ nõ frustra timemus ⁊ abstinem⁹: quia vt dictũ est min⁹ de gloꝛia habeť. Tercio arguũt inquisitoꝛes sic nullũ malum impunitũ sed si purgatoꝛiuz non esset nõ punirenť om̃ia pctã eoꝝ qui saluãtur cum hic nõ punianť q̇ in fine penitent. Quarto ꝙ de⁹ aliq̇s malos punit in vita ista aliq̇s non. ¶ Dicit francisc⁹ ꝙ ille rõnes nõ ꝯuincũt ꝫ sũt ꝯ nos sic ꝯ illos. Jõ arguit aliť ꝯ ꝑdictos hẽticos sic. Aliq̇s non vult baptisari baptismo flamis vꝫ ad moꝛtē. ⁊ sic si abstieat vsqꝫ ad finē eq̇ euolabit sic alij q̇ sꝑ bene

agunt. Rñdent φ tanta virtus ē in sa-
cramento pnie ad delēdū pctā. sicut ē
in sacro baptismi. Ex hoc arguit̃ ꝯtra
eos sic. primo q2 si hoc eēt verū aliqs
puniret̃ de veniali pctō eťnalit̃. ex mľ
titudine em̄ peccatoꝝ venialiū si non
punit̃ in purgatorio sibi subducit̃ ali
quis gradus glorie quo priuat̃ ꝑꝑ pec
cata venialia. ⁊ sic carentia illius gra-
dus glorie qui sibi alˀs deberet̃ cū sit ꝑ
petua erit pena illius peccatis veniali
bus correspōdens. Secūdo arguit̃ sic
suppono φ maior pena ⁊ maius ma-
lū est priuatio visionis diuine q̄ȝ pena
sensus sed tm̄ est in malo carētia visio
nis quantuȝ est in bono visio diuina.
Tunc arguo sic. Qñcūqȝ mala sic cō-
ꝑant̃ φ vnū ̄fm naturā excedit r̄liquū
quicunqȝ gradus mali excedētis exce
dit totū aliud malū. sed carentia visio
nis diuine ̄fm naturā excedit in malo
penā sensus. ergo quicunqȝ gradˀ pri-
uatōis visionis diuine excedit totā pe
nā sensus inferni. sic ergo pȝ φ negato
purgatorio aliquis puniret̃ ꝑpetuo ð
venialibus in paradiso. Rñdent here-
tici φ iste rōnes sunt phīce ⁊ subtiles.
⁊ apl̄s dicit ad Colos. ij. Nemo vos se
ducat ꝑ inanē phīam. Jō isti heretici
petūt auctoritates sacri canonis. dicūt
em̄ φ in sacra scriptura non inuenit̃ φ
post hanc vitā sit necessariū ponē pur
gatoriū. Jō adduco ꝯ eos auctes sacre
scripture. Prima auctas est. ij. mach.
.xij. vbi dicit̃ φ iudas ꝯsiderabat φ hij
qui cum pietate dormitōem acceꝑant
optimā haberēt repositā grāȝ. ⁊ obtu-
lit ꝓ eis. xij. milia dragmas argēti. ista
aūt oblatio nō potuit eē ꝓ his q̄ sūt in
inferno. q2 ibi nulla ē redēptio. nec ꝓ
his qui sunt in paradyso. q2 redēptiōe
nō indigent. nec de eis pōt dici illð qð
sequit̃. sancta ergo ⁊ salubris est cogita
tio ꝓ defunctis exorare vt a pctis sol-
uant̃. q2 ibi pctā non hn̄t. ergo fuit illa
oblatio ꝓ his q̄ sunt i pūrgatorio. Ad
illud argumētū dicūt heretici φ liber
macha. nō ē de canone. Cōtra accipio
ergo verbū xp̄i Math. xviij. Iratˀ dñs
tradidit seruū tortoribˀ quousqȝ redde
ret vniuersum debitū. hoc aūt nō pōt
intelligi in hac vita nec in inferno. q2 il
li sꝑ sunt in debito. ergo hȝ intelligi de
his q̄ sunt in purgatorio. Secunda au
ctoritas euāgelij ē Math. v. Esto con
sentiens aduersario tuo ⁊c̄. Et sequit̃.
Amen dico tibi non exies inde donec
reddas nouissimū quadrantē. Istud
exire nō intelligit̃ de ꝑadyso nec de in
ferno ergo ð purgatorio. Sȝ ꝯtra istð
donec q̄ñqȝ accipit̃ cū exclusiōe actus
sequētis. sicut Gen̄. viij. dicit̃. Coruus
quē emisit noe n̄ reuertebat̃ donec sic-
carent̃ aque suꝑ terrā. ⁊ tñ nūq̄ȝ postea
ē reuersus. Et silr̄ de dñā ⁊ sponso suo
Joseph math. ij. dr̄ φ nō cognouit eā
donec peꝑit filiū suū primogenitū; nec
ex hoc sequit̃ φ fuerit cognita postea.
Silr̄ ergo in ꝑ̄dicta auctoritate intelli
gendū est donec reddas ⁊c̄. Sȝ nō faci
endo vim de li donec ꝓ pūti arguo sic
q2 in ꝑ̄dicta auctē saltim ē redditio de
biti sed illi de inferno nūq̄ȝ reddūt de-
bitū. ergo lȝ nō possȝ argui ꝑ li donec
tñ pōt argui ꝑ redditōȝ ðbiti. Sȝ ne ꝓ
calūniet̃ adducā adhuc septē auctes q̄
rū prima est Math. xij. Quicūqȝ pec
cauerit in filiū remittet̃ ei. qui aūt pec
cauerit in spm̄ sctm̄ non remittet̃ ei nec
in hoc seculo nec in futuro. hic suppo
nit̃ φ remissio fiat in futuro seculo nō
in inferno. q2 ibi nulla est redēptio. nō
in paradiso. q2 ibi nullus intrat cū pec
cato. ergo hoc erit in purgatorio. alias
nō eēt verū verbū xp̄i. Secūda au-
ctoritas ē Luce. xij. Seruus q̄ cogno-
uit voluntatē dñi sui ⁊ nō fecerit eam
plagis vapulabit multis. ⁊ ergo alius
paucis. qui nec cognouit nec fecit eaȝ
sed inferno non est multū nec paucuȝ

sed infinitū. ergo hoc habet intelligi d' purgatorio. Tercia auctas est apl'i .j. Cor. iij. Si cui⁹ opus arserit detrimētū patiet. ipe aūt saluus erit sic tñ quasi p ignē. Certū est qd nō loquit de igne hui⁹ mūdi. nec de igne inferni. q2 non saluat. ergo loquit de igne purgatorij. Quarta auctoritas est apl'i .j. Cor. xv. qui vult pbare resurrectōem dicēs si mortui nō resurgūt vt quid baptizāt p mortuis. supponit aūt q aliqs baptizat p mortuis. aliquis g actus bonus p mortuis exhibet vel baptism⁹ lacrimarū vel aliquid tale. nullus aūt debet exhibere aliquid tale p mortuis de paradiso. nec de inferno. ergo talis actus debet exhiberi p mortuis i purgatorio. Quinta auctas scribit Act. .ij. hunc deus suscitauit a mortuis die tercia solutis doloribus inferni. Certū est aūt q xpc nō soluit dolores inferni inferioris. nec limbi q dicit sin⁹ abrae q2 ibi erat magna cōsolatio. sicut dicit Luce. xvj. de lazaro exnte in limbo et de diuite existente in inferno. hic cōsolat tu vo cruciaris. ergo hoc intelligit de doloribus purgatorij. Sexta auctoritas scribit apoc. xv. vidi in dextera sedentis sup thronū libr &c. et nemo inuentus est dignus aperire libr nec i celo. nec in terra nec subtus terras. Ex hoc hr q aliqui credebant digni in celo et in terra. et subtus terrā sed nō in inferno. q2 ibi nulla dignitas. Ibi null⁹ est dign⁹ ergo in aliqua mansione subtus terrā que nō est infernus. et hec vocat purgatoriū. Septima auctas habet ibidē. Oēs cantabant in celo et in terra et subtus terram. hoc nō pōt intelligi de exntibus in inferno. q2 illi non cantant nec laudant deū s3 sunt in sempiterna blasphemia. Ex istis auctibus hr veritas determinata ab eccia catholica qd est dare purgatoriū. et p3 falsu3 eē eccīam illud instituisse pter auaríciam. Quicunq ergo ptinaciter affirmauerit tenuerit vel dogmatizauerit. q post hanc vitā nō est dare purgatoriū hereticus est dicēdus. q2 militat 9 sacram scripturā et 9 determinatiōem eccie. Et si queras exquo est dandum purgatoriū in quo loco ē situatū. Rñdent doctores in .iiij. q de lege cōi locus purgatorij est sub terra. et est tercia mansio inferni. q2 infima vocat infernus. inferior vbi sunt dānati in culpa actuali qui patiant penā sensus et dāni. Secūda vocat limbus q est locus puulor nō baptizator. et isti sūt in culpa originali q patiunt penam damni tm q est carētia visionis diuie. Tercia vocat purgatoriū q ē loc⁹ elector n pfector q sunt in gra et in pena. Quarta vocat sinus abrae vel limbus patr inquo erant sancti patres ante aduentū xpi in gra et cōsolatōe. Sic ergo de cōi lege locus purgatorij est sub terra De lege tñ spāli siue ex priuilegio sepe aie purgant in locis alijs sup terrā sic narrat Greg. in li. dialo. de quodam epo q apparuit in quodā balneo et ibi pstabat obsequiū. et hoc erat sibi purgatoriū, et de aia cuiusdā que in glatie purgabat qd potuit eē ex aliqua spāli cā. s. vel p cōfirmāda fide nra de alia vita. vel vt aie illius subueniret a fidelibus qbus apparet. vl pter aliquid reuelandū. vel pter aliquā viuentiū edificatōem. De dispensatōne g dei est q aie purgant in illis locis qbus peccauerūt. De acerbitate ignis purgatorij et quō punit aias. et an p demones vel seipo doctores latissime loquūt in qrto. ideo ptereo.

De heresi eor qui negāt aliā vitā post sepatōem aie a corpe

Terciadecima heresis est eor q negant aliā vitā et imortalitatē aie et resurrectōem. Negata n.

anime imortalitate ꝯñr negant aliam vitā fore ꝛ resurrectōem hm̄ōi opinionis fuerūt quidā pħi vocati epicurei. isti.n.dixerūt ꝙ mortuo hoie perit aīa ꝛ ꝙ nihil sube eius remanebat. Opinionē istoꝝ introducit Seneca tragedia.vj.vbi introducit choꝝ.Qr si querat vbi aīe defunctoꝝ sunt.dicit ꝙ vbi sunt res que nate non sunt.vult dicere ꝙ sicut illud qd̄ natū nō est nō hȝ esse.nec aliquā subam.sic eodē mō dicet d̄ aīabus defunctoꝝ.ꝛ dicit ꝙ dicunt isti ꝙ illud qd̄ cōiter dicit ꝙ est infernus: ꝙꝫ ibi puniunt mali. ꝙ sunt vani rumores siles somnio qd̄ facit hominē sollicitū meditatiōe ꝓpter aliqd̄ maluȝ qd̄ somniauit.ꝛ cū excitat nihil inuenit de quo timeat.Ita dicere.ꝙ ē infernus ꝛ ꝙ ibi puniunt mali.istud ponit timorē ꝛ pauorē.ꝛ dicebāt isti ꝙ nihil hoꝝ erat. Hanc opinioneȝ introducit salomō Ecci.iij.c.ꝓpe finē. vbi dicit ꝙ erat opinio aliquoꝝ ꝙ vnus ꝛ idē esset finis ꝛ mors siue interitus hoim ꝛ iumentoꝝ ꝛ equa vtriusꝙ cōditio. ꝛ ita isti ſm hoc nō credebant imortalitatē aīe.nec aliā vitā ex quo dicebant equalē esse finē ꝛ mortē hoim ꝛ iumentoꝝ. Et sicut spūs siue aīa bestiarū tēdit in nihil.sic spūs hois qd̄ nullus credere debet hoc de mente salomonis fuisse. sicut notat nicolaus de lira. ꝛ apparet manifeste in fine dicti libri.s. Act.xij. vbi dicit ꝙ cuncta q̄ fiunt adducet deꝰ in iudiciū ꝓ omi errato siue bonū siue malū sit qd̄ esse nō posset nisi aīa esset imortalis. Et expssius ꝙ nō ex ꝑsona sua sed impioꝝ dicit.ptȝ per hoc qd̄ in fine libri eodē capitulo quasi determinando subiungit.donec reuertat puluis in terrā suā vnde erat etiā spūs redeat ad illū q̄ dedit illū.ꝛ dato ꝙ illud esset de mente salomonis.s.vnū eē interitū hois ꝛ iumenti referendū est ad spm̄ pħicū nō ad spm̄ rōnalē.Est.n.in hoie duplex spūs.s.spūs rōnalis ꝛ incorporeus qui non perit cum corpe. Alius qui dicit pħicus seu naturalis. quo mediante aīa rōnalis vnitur corpori.ꝛ ille corporeus est subtilior aere minus subtilis igne.quo mediante fit sensus ꝛ imaginatio.ꝛ iste perit cū corpore.Talis spūs ē in corpe bruti aīantis.ꝛ illud vegetat.ꝛ corpe pereūte perit.ꝛ ſm hoc ait salomon ꝙ vnus est interitus hois ꝛ iumenti ꝗtū ad corpus ꝛ spm̄ pħicū. Illius etiā p̄dicte dānate opinionis fuerūt illi ex quoꝝ ꝑsona dicit Sap̄.ij.Ex nihilo nati sumus.ꝛ post hoc erimus tanꝙ̄ si nō fuerimus Huius ꝑuerse ꝛ dānate opinionis fuerunt saducei. q̄ qꝛ credebant ꝙ aīe nō erant imortales negauerūt resurrectionē.sicut ptȝ Act.xxiij. Hec etiā dānata opinio istis tꝑibꝰ etiā in multis malis xp̄ianis inuenitur regnare.quia ad hoc vigilanter intendit diabolus. Vn̄ dicit albinus in sua dicta. ꝙ diabolus querendo oēs alios modos q̄bus possit hoiem ad dānatōem deducere. Inuenit spāliter vnū subtilissimū ꝑ queȝ si pōt homini nocere paucū vel multū per hoc ipm̄ ꝓsternit ꝛ leuiter ad damnatiōem deducit.ꝛ est iste ꝙ vulnerat hoiem in occulto vere credulitatis.vt fac eū dubitare in ṽitate fidei catholice.ꝛ spāliter iuxta posse suū laborat ꝙ faciat euȝ dubitare ꝙ sit altera vita nisi hec.ꝛ ꝙ debeat fieri resurrectio mortuorum.quia si hoc facit eum credere vel in hoc dubitare statim homo sic deceptus dimittit se cadere in omne peccatum.ꝛ elongatur ab omni virtute et perdit omnem timoreȝ ꝛ amorem dei ꝛ viuit desperatus qui perdidit totam fidem ꝛ spem dei. ꝛ singulariter anhelat diabolus viribus suis ad decipiendum.per hanc viam omnes homines q̄ sunt magis peccatores ꝛ spāliter superbos ꝛ pōposos ꝛ nimiū amatores

diuitiarū mundi ⁊ delitiarū carnaliū ⁊ tenet hunc modū. q2 primo ponit añ oculos eoꝝ magna crimina que fecerꝫ ⁊ magnas penas que ſm ſanctas ſcripturas ꝓpter illa ſunt eis preparate. ⁊ cū illi miſeri hoc cõſiderant ponit eos in deſperatõem dicens eis ꝙ ſm h̄ dã nati erunt qñ morientꝛ. ⁊ tenẽdo eos ĩ tali cognitiõe dīc eis poſtmodū quaſi dans aliquã cõſolatõem ꝙ nõ timeãt. imo ꝙ fortificantꝛ ⁊ letentꝛ ⁊ habeãt bonū cor ⁊ dent ſibi bonū tẽpus. ⁊ ꝙ faciãt quicqd eis placuerit. q2 nūq̃ deꝰ reſuſcitabit eos nec iudicabit. q2 nõ ē altera vita niſi hec pñs. Et hinc inoleuit illud erroneū ꝓuerbiū qd ĩ noſtra lingua dicitꝛ. En eſto mūde ñ me veas malpaſar. c. en el otro nõ me feras penar. ⁊ adhuc dicit eis ꝙ nõ eſt aliquis deus. ⁊ ꝙ nr̄a mors ⁊ natiuitas eſt ſicꝫ beſtiarū. q2 ſicut beſtie naſcuntꝛ ⁊ moriuntꝛ ita erit de nobis. Et dicit p̄dictꝰ doctor ꝙ ſpãliter diabolꝰ mouet ⁊ auget hanc tentatõem tp̄e mortis. q2 videt ꝙ ille paſſus eſt valde ſtrictus ⁊ periculoſus. ⁊ ꝙ ducit ſecū magnū pauorem. ⁊ ꝓpterea poterit citius ꝓſternere ⁊ decipe hoiem niſi iuuetꝛ a deo ꝓpter bona merita que ante fecit. q2 illa procurant hoi tp̄e illo ſuccurſum. ⁊ ꝓpter hoc dicit ꝙ ordinauit ſancta mr̄ eccia: ꝙ xp̄ianis ĩ hora mortis dicatꝛ. Credo in deū qd eſt fundamentū nr̄e fidei catholice. ⁊ ꝙ faciãt cū oĩ deuotõe cõfeſſionẽ fidei. ⁊ ꝙ reducatꝛ eis ad mẽoriã paſſio ⁊ mors ſaluatoris ieſu xp̄i ex q̄ ꝓuenit electis pſeuerãtia in fide. ⁊ deinde in fine vite p̄cioſa ⁊ ſancta mors ante eum. hec ille. Ex p̄dictis patꝫ. vñ habuerūt p̄dicti heretici occaſionẽ errandi. ⁊ quõ diabolus inter cetera vigilanter laborat ⁊ miſeros hoies deducat ad credendū ꝙ non eſt altera vita. Improbatꝛ aūt p̄dictus error quadrupliciter. primo ꝑ dicta gentiliū phoꝝ. Secundo rõnibus doctoꝝ caholicoꝝ. Tercio auctoritatibus ſacre ſcripture. Quarto ſplendore miraculoꝝ. Circa primū notãduꝫ ꝙ poſt illud genus phoꝝ de quibus dictū eſt in principio huius capituli fuerūt duo genera aliorū phoꝝ quoꝝ primi vocati fuerūt paripatetici. quoꝝ dux ⁊ mgr̄ fuit Ariſtotiles qui. xvj. de aiabus ca. iiij. dicit ſic intellectus ſolus eſt ab extrinſeco ⁊ ſolus habet eſſe diuinū. Itẽ in ſecūdo d̾ aĩa dicit ꝙ aĩa intellectiua eſt alterum genus ab aĩa vegetatiua ⁊ ſenſitiua. et ꝙ ipſam ſolã cõtingit ſepari a corpe tã q̃ ꝑpetuū a corruptibili. Iteꝫ in libro d̾ pomo dicit. ve anime peccatrici que nõ habet locū redeūdi ad ſuū creatorẽ q2 turpia eius opera impediūt aſcenſum eius ad deū. Alij phi fuerūt vocati ſtoyci. dux ⁊ mgr̄ quoꝝ fuit plato. q̇ plus q̃ aliquis alius phus affirmauit imortalitatẽ aie. Vñ in libro timei. c. iiij. ⁊. v. inter multa erronea que de aĩa dicit. hoc vnū verū infert ꝙ aĩa eſt immortalis. ⁊ ꝙ ſi vincit paſſiones vel ſi ab eis vincatꝛ p̄miabitꝛ vel punietꝛ poſt mortẽ. Vñ ponit ꝙ ſi aĩa exiſtẽs ĩ corpore viri vincatꝛ a paſſionibꝰ corpis pꝰ ſepatõem a corpe viri ĩ corpus mulie bre mittetꝛ. ⁊ ſi ſe ibidẽ male habuerit ĩ corpus pecoris tranſibit poſt mortem in penã. ⁊ ſm ꝙ male vel deteriꝰ ſe habuerit in deterius pecus vertetꝛ. finalitꝛ tñ omnes redibunt ad generalẽ innocentiam ⁊ dignitatẽ cum fuerint ꝑ penas ſatis expiate. Affirmauit etiã immortalitatẽ aie. ⁊ ꝙ aie virtuoſoꝝ ⁊ bonorum debebant premiari in alio mūdo. ⁊ anime maloꝝ puniri. vt pꝫ in diſputatione ſocratis ⁊ ſuoꝝ diſcipulorū quam introducit in phedrone vbi per modū dialogi multis cõiecturis probat anime hominis imortalitatẽ. ⁊ dato ꝙ taliter nõ accedat ad veritatẽ nr̄e fidei. ē tñ mirabile ꝙ hõ phs ſine fide

solūmodo p rōnez ⁊ lumen naturalis
intelligentie veniret in tam altam co-
gnitōem. ⁊ forte cā huius potuit eē. qꝛ
sicut dicit Hiero. in epl'a ad paulinū.
que ponit in ꝓlogo biblie. Plato de-
scendit in egyptū vt videret libros le-
gis ⁊ ꝓphetarū quos vidit ⁊ potuit eē
ꝙ informatus in sacra scriptura p Hie
remiā ꝓpham cū. s. in egyptū descendit
vt ponit leonardus aretinus i ꝓlogo
libri platonis qui intitulat phredon.
fuit inductus ad loquēdū de aīa ma-
gis vere ⁊ catholice ꝙ̄ aliquis ali⁹ phs.
Item pitagoras hoc idē asserit vt po-
nit Ouidi⁹. xv. metamorphosios vbi
dicit. morte carent anie sempꝙ priora
relicta. sic de nouis domibus viuunt.
habitantꝙ recepte. sed melius dicit in
versibus aureis sicut allegat calcidi⁹ i
cōmento sup thymeū platonis. vbi di
cit. corpe disposito tū libet ad ethera p
gens euadens hoiem fact⁹ deus ethe-
reis alter. Item mercurius trimegest⁹
ad exclepam ꝓpe principiū dicit. O ex
clepa ois aīa hūana imortalis est. ȝ nō
vniformiter cuncte sed alio ⁊ alio mō.
⁊ infra post mediū libri cuȝ fuerit aīe
a corpe facta discessio. tunc examē me
ritiꝙ eius arbitrium transiet in sum-
mā detinens ptātem. Isꝙ cum eā piā
iusticiāꝙ puiderit in sibi cōpetentib⁹
loc⁊ manere pmittit. Si delictoꝝ ipaȝ
maculis viciisꝙ obligatā viderit desup
ad ima deturbans ꝓ telis aeris ignis ⁊
aque sepe discordantib⁹ tradit. ⁊ sic in
ter celū ⁊ terram mundanis fluctibus
in diuersis sp eīni penis agitata repta
bit. vt in hoc anie obsit eternitas ꝙ sit
in mortali sniā eterno supplicio subiu
gata. hec ille. Aliq etiā dicunt quoruȝ
opinionez introducit macrobius sup
somniū scipionis ꝙ vnus qui vocaba
tur feres pāphilus de quo loquit vale
rius. libro. j. in titu. miraculoꝝ. q dicit.
ꝙ fuit mortuus in quodaȝ prelio. ⁊ ꝙ
stetit mortuus p. x. dies separata aīa a
corpe. ⁊ ꝙ postmodū resurrexit ⁊ reue
lauit multa alterius mundi spāliter d
imortalitate aīarū. ⁊ ꝙ ab isto hoie re-
suscitato habuit plato fundamentū et
doctrinā quā introducit in phedrone
Item in secundo libro sup somniū sci
pionis. macrobius dicit. aīa aūt q ve-
rus homo est ab omni conditōe mor-
talitatis aliena ē a deo vt ad mutatōeȝ
dei mundū regentis regat ⁊ ipa corp⁹
dū a se animat. etiā in eodē dicit ⁊ hec
sit pfitis tpis cōsūmatio. vt aīa non so
lū imortalē sed deū esse clarescat. Hu
ius etiā opinionis fuit Tullius q fm
ꝙ dic dict⁹ macrobi⁹ vltimū opus scri-
psit pdictū somniū scipionis vbi intro
ducit scipionē asianū ⁊ alios magnos
⁊ virtuosos viros iungendo. ꝙ appa-
ruerunt post mortē ⁊ dixerunt de pre-
miis aīarū hoim virtuosoꝝ que habēt
in celo. ⁊ de penis quas mali patiunt.
Item in rethoricis tullius ait. Proba
bile quidē videt sapiētibus penas eē
paratas apud inferos. ergo anie post
mortē sūt supstites. In amphorismis
etiā de eētia summe bonitatis legit.
qꝛ aīa ē in orizonte eternitatis. i. in ter-
mino ppetuitatis. qd est ppetuitas in
aīa ita ꝙ finit in aīa. i. nō ptendit vltra
aīam sed est supra tempus. temp⁹ vo-
cat hic mora habens principiū ⁊ finē.
⁊ si aīa habeat principiū nō habebit fi
nem. Hanc etiā opinionē introducit
Virgilius in sexto libro eneydoꝝ vbi
scribit quō eneas venit ad campos eli
sios qui sūt campi paradisi ꝙ inuenit
ibi anchisen prēm suum ⁊ alios maio
res ⁊ antecessores. Item etiam de aīa
turni loquens ait in. xij. vitaꝙ cum ge
mitu fugit idignata sub vmbras. s. aīa
turni recedens a corpore cuȝ indigna-
tione descēdit ad inferos. hic insinua-
uit virgilius aīam esse superstitē post
mortē. huius opinionis etiā fuit sene-

ca in epl'is vbi dicit. mors quã ptimescimus ꝛ recusamus intromittit vitã nõ eripit. veniet iterũ q̃ nos in lucẽ reperet dies. huiꝰ opinionis fuerũt oẽs phi q̃ dicti sunt stoici. q̃ opinio ẽ i magnã cõfirmatõẽ nr̃e sacre fidei ꝛ in maximã cõfusionẽ nõ credentiũ ꝛ hereticoꝝ. qꝛ si dicti phi ducti solũ rõne ꝛ lumine naturali crediderũt ꝛ cognouerũt aie imortalitatẽ. ꝛ ꝙ post mortẽ hoim aie bonoꝝ pmiant in gl'ia. ꝛ aie maloꝝ affligũt in pena sine fine. multomagis h̃ credere ꝛ affirmare debent xp̃iani q̃ vltra rõnẽ ꝛ lumen naturalis itelligentie sunt informati lege dei quam dedit ꝛ publicauit p Moysen ꝛ alios sanctos pp̃has. ꝛ p doctrinã noue legis quã nr̃ saluator deus ꝛ hõ p seipm psonaliter p̃dicauit ꝛ ostẽdit. Sꝫ qꝛ auctoritas in diuersum põt flecti sensum. iõ secũdo iprobat̃ p̃dictus error rõnibus doctoꝝ catholicoꝝ. Primo sic ois corruptio causat̃ ex ꝯrietate sed nihil ẽ ꝙ sub̃e aie cõtrariet̃. ergo nõ põt aia corrumpi. Cõfirmat̃ h̃ sic. q̃cq̃d corrũpit̃ aut corrũpit̃ ex dissonantia ptiũ vt corpus aut ex fluxu materie vt ꝓprietas. Ois. n. ꝓprietas in se imutabilis ẽ. q̃ aũt desinit eẽ ex fluxu materie in qua est hꝫ. Vñ boetius in ꝓlogo sup arismetricã ait. Sapia est speculatio eoꝝ que f̃m sui imutabilitatẽ sortiunt̃ substantiã ꝛ ꝓprietatẽ. Aia aũt nõ est suba corpalis. ergo ex dissonãtia ptiũ corrũpi nõ põt qꝛ simplex est. ꝓprietas aũt nõ est sine forma. qꝛ suba ẽ. ꝛ ita ex fluxu materiei corrũpi nõ põt. qꝛ in materia nõ est. ergo incorruptibilis ẽ. ꝙ aũt incorporea sit ptꝫ. qꝛ hoc genus subalternũ spũs sub se cõtinet has spẽs aiaꝫ ꝛ angelũ. ergo aut angelus incorporeꝰ nõ est vel aia incorporea est. Secũdo cõfirmat̃. qꝛ corruptio nõ fit in entibꝰ. nisi rõne appetitus. ergo vbi appetitꝰ est quietatus vltra nihil appetit. Sed materia p aiam rõnalẽ vltimate quietat̃. qꝛ nullã nobiliorẽ h̃re põt. Secũdo arguit̃ ex diuina bonitate sic. Cũ deus sit oibus bonus. maxime tñ bonus est amicis suis. sed amicoꝝ ꝓprium est cõuiuare. viij. ethicoꝝ. ꝛ amicus saluet amici vitã si põt. ergo faciet ꝙ aia viuat post sepatõem a corpe. Tercio arguit̃ ex diuina causalitate. Ois causa quantoplus intendit ad esse alicuiꝰ tantoplus intendit ad eius cõseruationẽ. sed esse aie rõnalis prius intendit̃ q̃ꝫ tũ ad esse q̃ꝫ forma solis q̃ nobiliꝰ est esse eius cũ sit spũalis ꝛ spũalia corpalibus p̄ferunt̃. vt dicit aug. ix. de trinit. cõꝫ ergo sol sit incorruptibilis. multo ergo fortius aia erit incorruptibilis et imortalis. Quarto arguit̃ ex magnitudine diuine potentie ꝓbando necessitatẽ alterius vite p resurrectiõem sic. Videmus. n. ꝙ natura reducit p vnũ granũ seminis arborẽ vel herbã sui generis. verũtñ nõ reducit eandẽ herbaꝫ vel arborẽ nũero sed alterã silem. Et similiter in generatõe naturali hoim bestiarũ ꝛ auiũ. qꝛ naturaliter exit hõ ab hoie ꝛ femina p generatõnem. ꝛ sic de auibus ꝛ bestijs. sed nõ redit idem hõ numero. nec eadẽ bestia sed alter hõ ꝛ altera bestia. Vñ si natura haberet tã magnũ posse ꝙ illũ eundẽ hoiem numero ꝛ eandẽ nũero bestiã ꝛ arborem que deficit ꝛ morit̃ posset reducere viuum maiorẽ ptãtẽ h̃ret q̃ꝫ hꝫ. ꝛ iõ si deus nõ resuscitaret illũ eũdẽ hoiem numero qui morit̃ nõ ostẽderet ꝙ suũ posse esset maius q̃ꝫ posse nature. Cum q̃ꝫ posse suũ incõpabiliter maiꝰ sit q̃ꝫ posse nature. si nõ faceret illud p qđ suũ posse ostẽdat̃ maius q̃ꝫ posse nature cõtrariat̃ sue ptãti ꝛ pfectõi qđ est inconueniens. Ex quo manifeste ptꝫ ꝙ erit resurrectio ꝛ altera vita. ꝛ ꝙ idẽ corpꝰ numero resurget ad manifestanduꝫ ꝙ maius ẽ posse dei q̃ꝫ nature. Quin-

to arguit ex diuina sapia. q2 pfectius opus arguit maiorē sapiam in mgro. qui illud fecit. Vn̄ si deus creauit hominē ea intentōe vt resurgat et duret sine fine. Hoc videt nobilius q̄3 si illud creasset ea intentōe vt nō resurgeret et duraret sine fine. Et vbi ē nobilior intentio et nobilior respectus ōndit excellentius opus. et ex opis excellētia maioritate et nobilitate ōndit excellentior et nobilior sapia in mgro. Necesse ē ergo resurrectiōem fieri et aliā vitā dare. vt diuina sapia excellētissima cognoscat. Sexto arguitur ex amabilitate eternitatis dei necesse est hoi charitatē hr̄e. hoc est deū amare. q2 deus est eternaliter amabilis. Vn̄ si hō resurgat et ex diuine eternitatis influētia homo sit ppetuo durabilis in gloria. amabilior erit eternitas diuina q̄3 si hō nō resurgeret sed finiret in morte. Ad ostendendū ergo cōcordiā inter duratiōem dei et hois et amoris excellentiā fiet resurrectio q̄ si nō fieret nō ostēderetur. Septimo arguit ex diuie iusticie equitate. Justicia. n. dei reqrit q̄ oibus reddat fm merita et demerita. al's nō esset iustus. Cū ergo hoc nō fiat in vita pñti cū mali videāt florere. Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos. boni vo tribulant. ergo fiet in vita alia qd ee nō pōt nisi aia sit imortalis et nisi fiat resurrectio. tūc. n. illa res que bonū vel malū fecit in hoc mundo p diuinā iusticiā pmiabit vel puniet. Octauo arguitur ex eternitate diuine iusticie sic poterit deus eternaliter iudicare hoiem. si hō posset esse sine initio sicut poterat eu3 iudicare eternaliter si hō ess3 sine fine vñ si resurrectio nō esset significaret q̄ si creatura posset esse sine initio. q̄ deus nō posset sua iusticia eternaliter hoie vti. vt ergo det intelligi q̄ deus poterat eternaliter vti sine initio in homie si homo posset esse eternaliter sine initio. sapia diuina ordinauit q̄ fiet resurrectio et q̄ iusticia diuina sit potēs cōseruare hūanu3 corpus sine fine dato q̄ sp̄ sit in tormentis vt iusticia vtat in eo. Nono arguit ex naturali appetitu hominis sic. impossibile est appetitū naturalē eē frustra. sed homo naturaliter appetit ppetuo manere. qd patet ex eo q̄ esse est qd ab oibus appetitur. homo. n. per intellectu3 appetit eē nō solum vt nunc. sicut bruta aialia s3 simpliciter. ɔsequet g̃ homo ppetuitatē fm aiam qua esse simpliciter et fm omne tp̄us apphendit. Decimo arguit ex capacitate aie. q2 anima capax est beatitudinis. Deus aūt vt ait aug. ingenti libertate implet omēs creaturas fm capacitatē eax. ergo cōfert aie beatitudinē. Ad beatitudinē autē spectat vita ppetua. ergo necesse est alterā vitā ponere et aiam esse immortalem. Undecimo arguit ex hois timore. q2 si aia moreret cū corpe hō nō plus timeret mortuus q̄3 lupus vel canis mortuus. cū g̃ expiamur singularē timorē in homine mortuo quem nō experimur in ceteris aialibus mortuis. ergo necesse est dicere q̄ relinquit aliquid viuens post mortē hominis qd timet. Duodecimo arguit sic. deus fecit aiam ad imaginē et silitudinē suā sed deus est immortalis. ergo et aia. et li3 nō posset forsitan rōne naturali demonstratiue pbari. sicut satis pt3 per debilitatē rōnū. quo ad hoc tam a sanctis q̄3 a pħis adductarū. Sūme tñ cōuenit hoc credere sicut multa alia sūt vera que pbare demonstratiue nescimus. sicut alterum istox p certo est verū mūdus incepit esse vl' mūdus non incepit esse. tñ nullū istox demōstratiue pbari pōt fm Aristotilem. iiij. topicox. Unde cōmuniter dicitur de quodam religioso q̄ redarguit quendam pħm ex eo q̄ negauit animam esse im

moꝛtalē. Quero inquit a te pħe alt il-
le religioſus. aut aīa eſt moꝛtalis vel
īmoꝛtalis. ſi ē moꝛtalis nullū incōmo
dū infligeret credentibus eā eē imoꝛ-
talē. ſi vo eſt immoꝛtalis tunc credere
eā moꝛtalē quid incōmodū i te. ſequit
ergo melius eſt credere eā eē imoꝛta-
lem ꝙ moꝛtalē. Tercio iꝓbat ꝑdi-
ctus erroꝛ auctoꝛitatibꝰ quadruplicit.
Primo auctoꝛitatibꝰ noui teſtamēti ex
euangelio. Secūdo auctoꝛitatibꝰ eiuſ
dē ex eplīs ⁊ actibus. Tercio auctoꝛi-
tatibus veteris teſtamēti. Quarto au
ctoꝛitatibus doctoꝝ eccie que oīs ex-
preſſe ſonant aliā vitā. De primo idu
cunt. xij. auctoꝛitates. Prima auctoꝛi
tas habet Joh. vj. Hec eſt aūt volun-
tas patris mei q̄ miſit me. vt oīs q̄ vi-
det filiū ꝑ fidē foꝛmatā charitate. iō ſe-
quitur. ⁊ credit in eū habeat vitā eter-
nam qđ infallibiliter eſt verū in ꝑdeſti
natis. ⁊ ibidē. Qui māducat meā car-
nē ⁊ bibit meū ſanguinē hꝫ vitam eter
nam. ⁊ ego reſuſcitabo eum in nouiſ-
ſimo die. Secūda auctoꝛitas hr̄. Joh.
iiij. cū xp̄c loqueret ſamaritane. Qui
biberit ex aqua quā ego dabo ei fiet i
eo fons aque viue ſalientis in vitā eter
nā. Tercia auctoꝛitas eſt Joh. vj. Qui
manducat hunc panē viuet in eternū.
Quarta auctoꝛitas eſt Math. xix. et
Marci. x. Cum quereret iuuenis ille
mgr̄ quid boni faciā vt vitā eternā poſ
ſideam. Rn̄dit ei xp̄c ſi vis ad vitā ſ.
eternā ingredi ſerua mandata. Quin-
ta auctoꝛitas Marci. ix. bonū eſt tibi
claudū introire in vitā eternā ꝙ duos
pedes habētē mitti in gehennā ignis
inextinguibilis. Sexta auctoꝛitas eſt
Mar. x. Nemo eſt qui relinquerit do
mū aut frēs aut ſoꝛoꝛes aut p̄rem aut
m̄rem aut vxoꝛē aut filios ꝓꝑ me ⁊ ꝓ-
pter euangeliū qui nō accipiat cēties
tm̄ nunc in tp̄e hoc. domos ⁊ fratres ⁊
ſoꝛoꝛes ⁊ m̄res ⁊ filios ⁊ agros cū ꝑſe

cutiōibus. ⁊ in futuro ſeculo vitā eter-
nam. Dicit ꝙ in ꝑn̄ti accipiet centies
tm̄. qꝛ ꝓ tp̄alibus accipit in ꝑn̄ti bona
ſpūalia que tm̄ excedunt bona tp̄alia
quantū centenarius vnitatē. Alit aūt
pōt exponi de religioſis q̄ ꝓ vnō p̄re
carnali vel fratre dimiſſo habēt ſpūa-
les fratres ⁊ m̄res ⁊ p̄res multos ⁊ eti
am poſſeſſiōes multas ⁊ agros inquā
tū ex poſſeſſionibꝰ oīm fideliū ſufficiē
ter ſuſtentāt. ſm̄ illud aplī. ij. ad Coꝛ.
vj. Quaſi nihil habentes ⁊ oīa poſſi
dentes. Vn̄ aug. Cōtēne oīa ⁊ habe
bis oīa. Septima auctoꝛitas eſt Jo.
iij. Qui credit in filiū habet vitā eter-
nā. qui aūt incredulus eſt filio nō ha-
bet vitā eternā ſed ira dei manet ſuper
eū. Et ibidē. Sic deus dilexit mundū
vt filiū ſuū vnigenitū daret. vt oīs qui
credit in illū non pereat ſed habeat vi-
tam eternā. Octaua auctoꝛitas ē Jo.
v. Scrutamini ſcripturas in q̄bus pu
tatis vitā eternā habere. ⁊ ille ſunt qui
teſtimoniū ꝑhibent de me ⁊ nō vultis
venire ad me vt vitā habeatis. Nona
auctoꝛitas ē Jo. vj. vbi dicit ꝙ cū mul
ti ex diſcipulis ieſu abirent retro dixit
ieſus ad. xij. Nunq̄d ⁊ vos vultis abi-
re. Rn̄dit ei ſimon petrus. dn̄e ad quē
ibimus verba vite eterne habes ⁊ nos
cognouimus ⁊ credimus. qꝛ tu es xp̄c
filius dei. Decima auctoꝛitas ē Joh.
x. Oues mee vocem meā audiūt ⁊ co
gnoſco eas ⁊ ſequunt me ⁊ ego vitam
eternā do eis. Vndecima auctoꝛitas
eſt Jo. xij. Qui odit aīam ſuā in hoc
mundo in vitam eternā cuſtodit eam.
Duodecima auctoꝛitas ē Math. x.
Nolite timere eos qui occidūt coꝛpꝰ.
aīam aūt non poſſunt occidere ſed po
tius eum timete qui pōt aīā ⁊ coꝛpus
perdere in gehennā. Hee duodecim
auctes ex euāgelijs deducte ſunt qua-
ſi. xij. colūne auree nr̄i inexpugnabil
foꝛtalicij. Predictis adiungūt alie. xij

auctes aploꝝ xpi. Prima est cum iu
dei cõtradicerent paulo ⁊ blasphema-
rent. tũc ꝯstanter Paulus ⁊ barnabas
dixerũt Act. xiij. vobis oꝑtebat primũ
loqui verbũ dei sed qm̃ repulistis illð
⁊ indignos vos iudicastis vite eterne.
ecce ꝯvertimur ad gẽtes. sic. n. ꝓcepit
nobis deus. Secũda ẽ eiusdẽ ad gal.
vltimo. Qui seminat in carne sua de
carne ⁊ metet corruptõem. qui aũt se-
minat in spũ de spũ metet vitã eternã.
Tercia est eiusdẽ. j. Thimo. j. Jõ mi
sericordiã cõsecutus sum vt in me pri-
mo oñderet iesus xp̃c oim patiam ad
informatõem eoꝝ qui credituri sunt il
li in vitã eternã. Quarta est eiusdẽ. j.
Thimo. vj. Certa bonũ certamẽ fidei
apphende vitam eternã in qua vocat⁹
es ⁊ cõfessus cõfessionẽ bonã. Quin-
ta ẽ eiusdẽ Thimo. j. Paulus dei ser-
uus apl's iesu xpi ꝭm fidẽ electoꝝ dei
⁊ agnitõem veritatis que ꝭm pietatez
est in spem vite eterne quã ꝓmisit qui
nõ mentit deus añ tp̃a secula. Sexta
est eiusdẽ ad tytum. iij. dicens. Justifi
cati grã ipius heredes sum⁹ ꝭm spem
vite eterne fidelis sermo ẽ. Septima
auctas est eiusdẽ. j. Coꝝ. xv. Si in hac
vita tm̃ in xp̃o sperantes sumus mise-
rabiliores sumus oibus hoibus. q. d.
Si speramus in hac vita remunerari
a xp̃o miserabiliores sumus ⁊c̃. q₂ alij
ad minus ꝑfruũt bonis hui⁹ vite nos
aũt patimur mala. In primitiua. n. ec
clesia fideles erãt multa sustinẽtes ad
uersa. Sed cõtra hoc posset argui de
m'tis phis qui voluptates ⁊ diuitias
huius seculi cõtempserũt. ⁊ cũ hoc ne
gabant resurrectõem mortuoꝝ. nec tñ
dicunt miserabiliores alijs hoibus ꝫ
meliores. Dicendũ ꝙ nõ est sile ð ipis
⁊ xp̃ianis. q₂ phi hoc fecerũt ꝓpter ma
iora bona cõsequenda. s. virtutes intel
lectuales ⁊ morales. i qbus cõsistit co-
gnitio veritatis ⁊ ꝯsecutio politice bo
nitatis. hoc aũt nõ põt dici ð xp̃ianis
q̃ cõfitent xp̃m resurrexisse a mortuis
qð falsum eẽt si resurrectio eẽt impos-
sibilis. falsitas aũt malũ ẽ intellectus
sicut veritas eius bonuz. Octaua est
apl'i petri. j. Pe. iij. Saluos baptisma
facit. nõ carnis depositõ sordiũ sed cõ
scientie bone interrogatio in deuz per
resurrectõem iesu xp̃i qui est in dexte-
ra dei p̃ris. deglutiẽs mortẽ vt vite et-
ne coheredes efficeremur. ꝓfectus in
celũ subiectis sibi angelis ⁊ ptãtibus
⁊ virtutibus. Nona ẽ Jo. apl'i. j. Jo.
j. vidimus ⁊ testamur et annũciamus
vobis vitã eternã. Decima est eiusdẽ
in. c. ij. hec ẽ repromissio quã ipe polli
citus est nobis vita eterna. Vndeci-
ma ẽ eiusdẽ in. c. v. hoc est testimoniũ
qm̃ vitã eternã dedit nobis deus. ⁊ hec
vita in filio eius est. Duodecima est
eiusdẽ in ca. eodẽ assumpsit nos ⁊ de-
dit nobis sensum vt cognoscamus ve
rũ deũ. ⁊ simus in filio eius vero hic ẽ
verus de⁹ ⁊ vita eterna. Ecce habem⁹
xij. ꝓpugnacl'a nr̃i fortalicij aploꝝ xp̃i
Nunc videamus auctes veteris testa
menti ⁊ inueniũt tres. Prima ẽ tobie
. xij. Elemosina a morte liberat ⁊ facit
inuenire vitã eternã. Secũda ẽ Eccl'i.
xxvij. Qui elucidãt me vitã eternã ha
bebunt. Ecce p̃miũ qð p̃mittit diuina
sapia suis elucidatoribus. Tercia est
Dañ. xij. Multi de his qui in pulue-
re terre dormiũt euigilabũt. Alij in vi
tam eternã alij in obprobriũ vt videãt
sp. Premissis aũt oibus articulus fi-
dei vltimus cõcordat q̃ ẽ carnis resur
rectõz ⁊ vitã eternã amẽ. Hec est etiaz
sñia verissima catholice fidei ⁊ doctoꝝ
Dicit. n. in libro de eccl'asticis dogma
tibus solũ hoiem credimus hr̃e aiam
substantiuã que ⁊ exuta a corpe viuit.
⁊ sensus suos atz igenia viuacit tenet
nec cũ corpe morit sicut arabs asserit:
nec p⁹ modicũ interuallũ sicut senon. q₂

substantialiter viuit. et aug. O aia mea illã patriã petere debuisti in qua ẽ qes sine labore gaudiũ sine dolore. pax si ne tribulatõe. lux sine tenebris. vita si ne morte. Isdem si sit aia cũ corpe interiret. p nihilo dei filius deo pri spm cõmendaret. Et moritur et deo pri spm cõmendat vt morte corpis et imortalitatẽ aie designaret. Cõfirmãt finalit oia pdicta aucte. b. Greg. i. iiij. li. dialogorũ vbi loquens de vita aie post obitus sic ait. Carnales quiqꝫ qr illa inuisibilia scire nõ valent p experimentũ. dubitant vtrũ ne sit qd corpalibus oculis nõ vident. que nimirũ dubietas primo parenti nro esse non potuit. qr exclusus a paradisi gaudijs hoc quod amiserat quõ viderat recolebat. Hij aũt sentire vel recolere audita nõ possunt. qr eorum nullũ sicut ille. saltẽ de pterito experimentũ tenent. ac si eni pgnans mulier mittat in carcerẽ. ibiqꝫ puerũ pariat q natus in carcere nutriat et crescat. Cui si fortasse mater que hunc genuit solem lunã stellas. mõtes. et campos. volantes aues. currentes equos nomiet. Ille vo qui est in carcere natus et nutritus nihil aliud q̃ tenebras carceris sciat et hoc quidẽ esse audiat. sed qr ea p experimentũ nõ nouit veraciter esse diffidat Ita in hac exilij sui cecitate nati hoies dũ esse sũma atqꝫ inuisibilia audiunt. diffidunt an vera sint. qr sola hec infima in qbus nati sunt visibilia nouerũt Vñ factũ est vt ipe inuisibiliũ et visibiliũ creator ad hũani generis redẽptõz vnigenitus pris veniret. et spmscm ad corda nra mitteret. quatinus p eũ viuificati crederemus. que adhuc scire per experimẽtũ nõ possumus. quotqt ergo hunc spm hereditatis nre pignus accepimus d vita inuisibiliũ nõ dubitamus Nam qr post mortẽ carnis viuat aia ptz rõ sed fidei admixta. Nunqd et scti aplĩ ac martires xpi pñtẽ vitã despicerent. in morte carnis aias poneret nisi certiorẽ aiarũ vitã subsequi sciret. Et ecce hij q aias i morte posuerũt atqꝫ aiarũ vitã post mortẽ carnis eẽ crediderũt quottidianis miraculis chorũscãt. ad extincta eorum nanqꝫ corpa viuẽtes egri veniũt et sanant. pturi veniũt et demonio vexant. demoniaci veniũt et liberãtur. leprosi veniunt et mundant. deferunt mortui et suscitant. Si igit vitam aie manẽtis in corpe dephẽdis ex motu mẽbrorum cur nõ ppendis vitã aie post corpus etiã p ossa mortua i virtute miraculorum. Nã et multi nrorum mentis oculũ fide pura et vberi oratõe mũdantes egredientes ex carne aias freqũeter viderunt. Hec ille. De hoc ponunt plura miracula in libro dialogorum. vide ibi

De heresi eorum qui dicunt qꝫ nõ possunt euitare peccata qui fuerunt nati in tali cõstellatiõe vel signo.

Quartadecima heresis est eorum q dicunt se nõ posse euitare pctã. qr sunt nati in tali signo. Hic notãdũ est qꝫ fm greg. in omelia et fm aug. in. v. de ciui. dei. c. j. et. xxiiij. q. iij. quidam heretici. et est Isido. viij. ethimolo. c. v. fuerũt qdã heretici dicti priscillianiste q fundamentis astrogolorum adherẽtes dicũt vnũquẽqꝫ hoiem sub cõstellatõibus stellarũ nasci earũqꝫ influentijs regi. dicunt etiã tales stellas dictorum hoim esse fatũ. qd qdẽ fatum fm aug. nõ dicũt dispõnẽ ac causarum ordinẽ siue cõnexionẽ in ipis reb fm diuinã voluntatẽ. sicut dicit Boetius iiij. de cõsolatõe. psa. vj. Sz dicũt fatũ vim positõis siderũ qualis est qñ quis nascit vl cõcipit quã vitare nõ possent Dicũt etiã hre ptatẽ stellas sup hoim vitã mortẽ actus et officia. Dicũt. n. qꝫ mars fc ẽ hoiez homicidã et pliatorem. Mercurius piscatorẽ. Libra trapezetã capsõ

rē ꝛ mercatorē. hꝰ opinionis fuerūt thalmudiste dicētes ꝺ thalmuth talia ꝟba filij ꝛ ꝓuisiones rerū nō dependent ex meritis sed dependēt ex cōstellatōe signi. Sic attribuerūt malū regis saul ꝛ bonū regis dauid planetis ꝛ signis dicentes in eodē libro. Si natus fuisset saul in signo dauid ꝙ cecidissꝫ corā eo. Itē dicunt iudei in libro thalmuth in ca. qꝺ incipit ceder thaheiner ꝙ vnus doctor cui nomē erat rabi alazar vempeda dicebat ꝙ stringebat ei fortit mūdus. vult dicere ꝙ hēbat magnā paupꝫtatē ꝛ faciebat orōnē deo ꝙ releuaret ipm ab illa magna paupꝫtate. ꝛ dr ibi ꝙ deus rńdit sibi. vis ꝙ ꝓpter amorem tuū destruā mundū ꝛ iterū creem illū ꝛ forte eris in signo in quo efficieris diues. Ex qbus apparet manifeste ꝙ isti intelligebant deū nō hre ptātē auferēdo ab illo miseriā nisi mediantibus signis. Ex isto fundamēto supradicti heretici posuerūt ꝙ stella que nato dn̄o orta fuit ad hoc nouiter facta ꝛ creata fuit vt xp̄o influeret sup eius vitā mortē actus ꝛ officia ptātē haberet ꝛ sibi i oibus fatū eēt. Pro tanto dicit Gre. vbi supra ꝙ pdicti heretici hoc in adiutoriū sui erroris assumūt ꝙ noua stella exijt cum dn̄s in carne apparuit. cuius fuisse fatū eandē stellam putant.

Predictus error siue heresis improbaꝫ ꝑ tres doctores ꝓbatissimos. scꝫ ꝑ Aug. Cris. ꝛ Greg. Et primo ꝑ augu. qui in. v. libro de ciuitate dei in ca. j. dicit istā opinionē esse offensiuā et iniuriosam quatuor rebus insignibꝰ ꝛ irreprobabilibus. pmo cōi legi ꝛ secte i generali. Secūdo celo i spāli. Tercio iudicio diuinali. Quarto ꝓbatōni expimentali. Primo aug. dicit ꝙ ista opinio est offensiua ꝛ iniuriosa oi legi ꝛc. ꝫm n. Tulliū de natura deoꝝ ois lex ꝛ secta posuit deū esse. Non ē tāꝫ fera tā rudibusqꝫ moribꝰ cuius mentē opinio deoꝝ nō habuerit inquit tullius. Itēꝫ ois secta ꝛ lex ponit ꝙ deus in necessitatibus dꝫ inuocari ꝛ rogari. Vn̄ ꝫm phm in ethicis. latera ꝛ cultus deoꝝ est de lege nature. ꝛ ꝫm tulliuꝫ vbi supra. Omnis lex ꝛ secta sacrificia quedā hꝫ qbus deos suos reuereꝫ. Si ergo ista opinio veritatē cōtineat que dicit stellas habere hanc ptātē ꝙ ex suis influētijs moribus ꝛ actibus hominū impōnāt necessitatē quā euitare nō possint ad quid deus in necessitatibꝰ innocabiꝫ aut rogabiꝫ. q. d. frustra. Vn̄ cōtraponentes istā opinionē dicit in textu. Hij ab auribus hoim repellendi sunt nō solū eoꝝ qui verā religionē tenent. ꝫ qui deoꝝ qualiūcunqꝫ lꝫ falsoꝝ volunt eē cultores. Hec opinio qd aliud agit nisi vt nullus oino colaꝫ aut rogetur deus. hec aug. Itē secundo hꝫ opinio est offensiua ꝛ iniuriosa celo spāliter magna diffamatio istius ciuitatis esset si diceret ꝙ in aula sui ꝯsiliarij ciues ꝛ rectores concluderent ꝛ determinarent latrocinia perpetrāda homicidia ꝛ cetera mala cōmittenda ꝑ istam imaginatōem. Augustinus dicit ꝙ celum quedam curia vel ciuitas est. Ciues sunt stelle. ꝛ si isti influunt ꝛ necessitant ad latrocinia. homicidia. ꝛ cetera mala. celo est vituperiū ꝛ iniuria.

Tercio hec opinio est offensiua ꝛ iniuriosa diuino iudicio. Unde Augu. in textu. Quale inquit iudiciuꝫ de factis hominū relinquiꝫ deo quibus celestis adhibeꝫ necessitas. ad idēꝫ. xxiij q. iiij. vasis ire. Quarto ꝛ vltimo est offensiua hec opinio ꝓbationi experimentali. Sepe videmus ꝙ duo gemini nati ꝛ cōcepti sub eodē signo ꝛ ꝯstellatōe stellarū sunt ita diuersi in oibus ꝛ dissimiles ꝙ magis sunt similes illi qui in diuersis cōstellatiōibus sunt nati ꝛ concepti. ꝛ istam ratōnem dicit Augustinus fortissimā. Vn̄ in textu

cõtra istos. Quid inquit est ꝙ nunꝗ̄ dicere potuerũt cur in vita geminoꝝ in actiõibus in honoribus ceterisq̃ reb⁹ ad humanã vitã ptinentib⁹ atq̃ in ipa morte sit plerũq̃ tantaq̃ diuersitas vt similiores eis sint quantũ ad hoc attinet multi extranei q̃ ipi inter se gemini q̃ exiguo tpis interuallo in nascẽdi sepato. in cõceptu sũt p vnũ cõcubitũ vno etiã momento seminati. dat exẽplũ in .iiij. ca. ꝛ idem hr̃ Geñ. xxv. malachie. j. ꝛ. xlvij. dis. quantũlibet. iacob dilexi esau odio habui. Nati sunt duo gemini antiqua patꝝ mẽoria. sic alter post alteꝝ. vt posterior plantaȝ prioris teneret. tanta fuit in eoꝝ vita moꝝ diuersitas. tanta in actib⁹ disparitas tanta in parentũ amore dissilitudo vt etiã inimicos eos inter se faceret ista distãtia. Nunq̄d hoc dicit ꝙ vno ambulante alius sedebat. vno dormiente alius vigilabat. vno loquente alius tacebat vnus duxit mercẽnariã seruitutẽ alius nõ seruiuit. vnus a mr̃e diligebat ali⁹ a mr̃e nõ diligebat. vnus honorẽ qui apud eos magnus habebat amisit alt adeptus est. hec aug. Secundo improbat ista heresis p Chriso. q̃ dicit ꝙ hec opinio facit triplicẽ blasphemiaȝ in deũ. prima est ꝙ deus est. ꝛ fuit malus in stellas creando. vñ sup Math. dicit sic. Si aliquis adulter ꝛ homicida fiat p stellas magna est iniq̄tas stellarũ. maior illius qui creauit stellas. Nã cum sit p̃scius futuroꝝ deus ex q̃ tanta iniq̄tas futura erat p stellas si noluerit emendare non est bonus. si voluit ꝛ nõ potuit impotens est. Secunda blasphemia est ꝙ deus est crudelis in talibus ꝓ delictis penas dare. vnde Chryso. vt quid mali penã suscipiam. q⁹ non voluntate sed necessitate cõmisi. Tercia blasphemia est ꝙ deus ẽ insipiens in p̃cipiẽdo. vñ chriso. quis. n. iubet aliquẽ ne faciat malũ qd̾ nõ põt declinare aut vt faciat bonũ ad qd̾ nõ põt puenire. hec ille. vñ merito dicitur math. xj. Jugũ. n. meũ suaue est. ꝛ Jo. v. Mandata eius grauia non sunt.

Tercio ꝛ vltimo improbat hec opinio heretica p Greg. sicut p aug. ȝ dat spãliter vnũ exemplũ de honorib⁹ ꝛ dignitatib⁹ hoim. Vñ in omel. epiphanie. dicit sic. Absit a fideliũ cordib⁹ vt fatũ aliquid dicamus. vitã quippe hominũ solus hanc cõditor q̃ creauit administrat. Neq̃. n. ꝓpter stellas homo sed stelle ꝓpter hoiem facte sunt. Seq̄tur in persarũ q̃ȝ frãcoꝝq̃ terra reges ex genere ꝓdeunt q̃bus ꝑfecto nascentibus quis estimet quanti eisdeȝ momentis horarũ ꝛ tempoꝝ ex seruili cõditõe nascant. ꝛ tñ regũ filij vno eodẽq̃ sidere cũ seruis nati ad regnũ ꝑficiunt cum serui qui secũ fuerant geniti in seruitute moriant. Hec Greg. Patet igit p istos tres doctores venerabiles ꝙ p̃dicta opinio est falsa ꝛ heretica vnde determinando veritatẽ cõcludit aug. de stella nouiter christo nascente creata ꝙ ipa non est christo in fatum. Vnde sermone. viij. super Johannẽ. Non est sub fato siderum. domin⁹ siderũ cum ipe sit conditor siderũ. ꝛ cõtra faustum non ideo christ⁹ natus est vt si dici oportet non stellam xp̄o sed xp̄m stelle fatum diceremus fuisse. Ipe quippe illi non illa. huic nascendi contulit causas. Sȝ quereret aliquis diligens scire vtrum ex impressione luminarium celestium causetur aliquo modo in hominibus diuersitas moꝝ. Respondet ꝙ mores hominũ ꝛ euentus futuroꝝ a sideribus causari. dupliciter põt intelligi. Aut necessario ꝛ sufficiẽter aut dispositiue ꝛ ꝯtingẽter. Si dicat primo mõ. sic non tm̃ est falsum ȝ etiã hereticũ. q2 repugnat xp̄iane religioni. tñ q2 veritas fidei in hoc errore saluari non posset. dum. n. oia ponit

a siderib⁹ necessario euenire. tollit me
ritū ꝛ ꝑ ꝯn̄s gloriā. tū q꞉ honestas mo
rū ꝑ hunc errorē ꝑiudiciū patit̄ dū cul
pa peccantis in sidera refundit̄. vt su-
pra dictū est. q꞉ sic licentia malefacien
di sine rephēsione credit̄ vt hō ad orā
dū ꝛ colendū sidera incuruet̄. Si aūt
dicat̄ mores hoīm a dispositiōibus si-
derū variari dispositiue ꝛ cōtingenter
sic pōt habere veritatē. q꞉ nec rōni nec
fidei repugnat. Planū est. n. ꝙ dispo-
sitio corpis varia multū facit ad varia
tōem affectionū ꝛ moꝝ aīe. vt pluriū
eñ aīa corpis cōplexiones imitat̄. vt
dicit sex. ꝑncipiator. Vñ colerici sunt
iracundi ꝛ sanguinei sunt benigni. me
lancolici sunt inuidi. ꝛ fleumatici pi-
gri. hoc aūt nō est necessariū. q꞉ aīa do
minat̄ suo corpi maxime qñ est adiuta
ꝑ grām. multos. n. videmus colericos
mansuetos. ꝛ melācolicos benignos.
qm̄ ergo virtus corpoꝝ celestiū operat̄
admixtōem ꝛ qualitatē cōplexionum
Hinc est ꝙ ꝑ consequens operat̄ quo
dāmodo ad qualitetē moꝝ valde tam̄
de longinquo. plus. n. facit ad qualita
tē cōplexionis virtus nature inferio-
ris ꝙ̄ virtus siderū. Vñ aug. in. v. de
ci. dei. c. ij. In solutōne cuiusdā qōnis
de duobus fratribus qui simul infir-
mabant̄ ꝛ curabant̄ cum querēt vnde
hoc esset. magis cōmendat rōem ypo-
cratis ꝙ̄ astronimi. ypocras. n. respon
dit ꝙ hoc erat ꝓpter similitudinē com
plexionis. Et astronomus rn̄dit ꝙ hoc
erat ꝓpter idētitatē cōstellatiōis. meli⁹
eñ rn̄dit phisicus. q꞉ cām dedit magis
ꝓpriam ꝛ ꝓpinquā. Est sic ergo dicen-
dū ꝙ impssiones siderū aliquo modo
disponūt ad varietatē moꝝ. nō ꝙdem
dispōne necessaria ꝛ ꝓxima ꝛ sufficien-
te sed remota ꝛ cōtingente. Sed con
tra obijcit̄ ꝙ phs libro ꝺ ꝓprietatibus
elementoꝝ dicit ꝙ regna vacua fcā sūt
ꝛ terre depopulate apud cōiūctōꝫ Io-
uis ꝛ saturni. sed talia nō dependēt ex
libero arbitrio. ergo ꝛc. Rn̄det̄ ꝙ hoc
dicit phs. nō q꞉ hoīes nō potuerūt resi
stere influentie illius cōstellatiōis sed
q꞉ noluerūt. q꞉ dicit Tholomeus in al
magesti. sapiens hō dn̄abitur astris. ꝙ̄
nis aūt cōiūctio iouis ꝛ saturni. eo ꝙ
saturnus habet influentiā malancoli-
cā ꝛ malam. Iupiter aūt imittit valde
bonā influentiā pōt ad rixā vel discor
diam hoīes inclinare. cui tñ inclinatōi
hoīes ꝑ libertatē arbitrij pn̄t resistere ꝛ
satis faciliter cum adiutorio grē dei.

Cōtra obijcit̄ iterū q꞉ Damascenus
li. iij. ca. vj. dicit cōstituūt̄ multotiens
ꝛ comete signa quedā mortis regū ꝛc.
Rn̄sio. quidā dicunt ꝙ cometa nec na
turaliter generat̄ nec ē vna de stellis in
firmamento positis. Vn̄ nec eius si-
gnificatio est naturalis. vñ damascen⁹
li. ij. ca. vj. Dicit ꝙ comete non sunt ex
his que a principio genite sunt sed di
uina iussione ꝯm ip̄m tempus consti-
tuunt̄ ꝛ rursus dissoluunt̄. hec dama-
scenus. Et ꝑ tale signū deus ꝑnunciat
mortē regū magis ꝙ̄ alioꝝ. tum quia
rex est persona cōis. tum q꞉ ex hoc pōt
iriri turbatio regni. de cuius custodia
magis solicitāt angeli ꝓpter cōe bonū
Et si queras qd̄ est illud regnū in ꝙ
debet tale accidere. Hic rn̄det catholi
cus dicens. ꝙ quandocūꝙ apparet sꝑ
significat mortē vel imutatōeꝫ alicui⁹
ꝑncipis vl̄ destructōis alicui⁹ patrie et
sꝑ dirigit radios suos ad illā patriam
cui minat̄. Alijs aūt ꝙ viam phisicā
sequunt̄ vr̄ stella cometa sit impressio
calida ꝛ sicca generata ex inferiori ꝑte
aeris ꝓpe ignē de vapore calido ꝛ sicco
ꝛ globus illius vaporis adunatus ap-
paret corpus stelle. Partes aūt illius
corporis discōtinuate circa illū globū
ꝛ in longū ꝓtense in suis extremitati-
bus illi globo cōiuncte sunt quasi ei⁹
come sicut loquit̄ Albertus magnus

dicēs q̄ comete sunt stelle habētes comas qd̄ fit p aerē inflāmatū contentū a stellis siue planetis quinqȝ.s.saturno ioue.mercurio ⁊ venere. Isti.n.planete ꝓpter velocē motū ipoꝝ igniūt aerē in circuitu eorum.⁊ sic propter aerem inflāmatū ꝯtentū a stellis p̄dictis coniuncto lumine eoꝝ cū eo.videnť stelle ille comete.⁊ ſm hanc positōeȝ signat ⁊ causat nō p se sed p accidēs mortalitatē ꝓuenientē ex infirmitatib⁹ calidis ⁊ siccis.q̄ꝛ vehemens distempata siccitas ꝯsueta est ꝓuenire ⁊ ꝯtinuari generationi comete.⁊ q̄ꝛ vt in plurib⁹ diuites nutriūť calidis ⁊ siccis.Iō illo tp̄e multi diuites moriunť.inter q̊s mors regū ⁊ principuȝ est magis notabilis. Huius opinionis vr̄ esse Isidorus in iiij.ethimoloyaꝝ.Dicit.n.q̄ hoc gen⁹ sideris qn̄ apparet signat pestilentiaȝ.aut famē.aut bellū.Iteȝ videť sentire beda.Dicit.n.q̄ signat pestilentiā.aut bella.aut ventus aut estus. Et si q̄ras vtrū illa stella que apparuit in natiuitate xp̄i fuit cometa.R̄ndet beda q̄ n̄.q̄ꝛ ex q̇buscunqȝ causis nascať cometa siue ex planetis siue ex fixis sp̄ apparet in p̄te septētrionali. Stella auteȝ q̄ apparuit in ortu xp̄i mouebať ab oriēte ad meridiē versum occasum qd̄ nō solet facere motus cometaruȝ.vt dicit chryso.Et sic p̄tȝ ſm quālibet istarum opinionū nullū penit⁹ astra hr̄e dn̄iuȝ sup liberū arbitriū.lȝ inclinent dispositos ad aliquas passiones.

Q̄ diffinire q̄ assertio ē catholica vl' heretica p̄tiet ad theolo.



pite inaures auri que sunt in auribus
etc. Et accepit de manibus eorum et for
mauit illud in forma et fecit illum vitu
lum fusorie et dixerunt. Isti sūt dij tui
israel etc. His sic premissis dicatur iu-
deis vt attendant que sit eorum prudē
tia. quis sensus qui dyabolum volunt
habere suspectum in recuperatōne cir
cuncisionis et sabbati. qui patres eorū
ad faciendum et adorandum vitulum
et ad attribuendum sibi magnalia que
deus fecit mēdacijs et falsis prodigijs
tam studiose ptraxit. Euidenter ergo
apparet q intentio et studium dyaboli
ac voluntas erga hoies nunqz est nisi
mala. quare satis est manifestū qz grā-
dis est stulticia et qz magna insania et qz
imensa iudeorum vecordia qui circun
cisionem et sabbatum et alia que deus
eis abstulit et dyabolus reddidit non
cessant obseruare. Supradictis ad-
huc videt addendum id quod de sab-
batho scriptum est in beresith minori.
vbi dicit Geñ. ij. Et benedixit deus di
em septimam dominus rufus nequaz
quesiuit a rabi aquiba et ait ei. quid est
inter diē et dies. dixit ei rabi aquiba. et
quid est inter viruz et viros. dixit ei. qd

dixi tibi: ⁊ quid dixisti mihi. Ait ei. di-
xisti mihi in quo differt sabbatū ab oi-
bus alijs viris. Dixit sibi. decedit rex
ꝓpter gl'iam suā. sic quoqꝫ voluit deus
istū diē honorare. vn̄ tu facies me sci
re istud. Dixit ei fluuius sabatian⁹ ar-
guit hoc qui trahit lapides ꝑ totam se
ptimanam ⁊ in sabbato quiescit. Dixit
ei de longe attractum tu trahis mihi
Admiror dixit ei. Ecce ille q̄ facit ascē
dere mortuos arguit Omni nanqꝫ die
est ascendens ⁊ non in sabbato. Iuit ⁊
temptauit in patre suo qui ascendit oi
bus diebus ⁊ in sabbato non ascendit
post sabbatum sciscitatus est eū et ait
ei pater exquo mortu⁹ es fecisti te iu-
deum admiror q̄ꝫ ob rem ascendisti oi-
bus diebus hebdomade ⁊ in sabbato
non ascendisti. Ait illi. om̄is q̄ non ob
seruat sabbatū spōte sua apud vos ob
seruat eum hic malo velle suo. dixit ei
⁊ cuiusmodi labor est vobis ibi. Ait ei
oibus diebus septimane iudicamur.
in sabbato aūt quiescimus. Reuersus
est ad rabi aquiba ⁊ dixit ei. Si est ſm
verba tua ꝙ deus sctūs ⁊ benedictus ꝑ
quietē in sabbato vult honorare non
mittat in eo ventos. nō faciat descende
re pluuias. non fluctuet mare in vndis
suis. Dixit ei rabi aquiba habet se in
istis deus sicut is q̄ transfert ꝑ quatuor
vlnas. Si vis lector figmenta hec iu-
daica cōtra ipos cōuertere dicas quē-
admoduꝫ fluuius supra fictus fuit si-
gnū obseruandi sabbati quādo ꝑ totā
hebdomadaꝫ currebat trahendo lapi-
des ⁊ quiescebat in sabbatis vt ipi fa-
bulant. sic est nunc efficax argumentū
nō obseruādi sabbatū. q2 nusq̄ꝫ sub ce-
lo sit fluui⁹ q̄ magis quiescat in sabba
tis q̄ꝫ in ceteris dieb⁹. Per totū quip
pe mundū discurrūt mercatores q̄ sic
ducunt medicinalia variaqꝫ pigmenta
ex India que est in oriente vsqꝫ ad hy-
spaniam que est in occidente. ⁊ a meri
die vsqꝫ ad septentrionem que est vsqꝫ
ad anglicos ⁊ norivegios ⁊ scotos ⁊ sic
vsqꝫ ad totū mūdū. qd̄ si verū esset iu-
cem sibi narrarēt ⁊ nomē ꝓuincie vbi
talis esset fluuius iudeis ꝓcurātibus
nō tacerent. Itē mgr̄ iohānes valisole
tanus cōuersus in libro de cōcordia le
gum dicit ꝙ istud de lapidūꝫ flumine
nō est verū: nec dicit̄ hoc ꝑ aliquē sapi
entē nisi ꝑ cōmunitatē ipoꝝ rabinorū
iudeorū ad ipoꝝ confortationē ⁊ gau-
diū sui cordis quoniā hoc nō scribit̄ i
aliqua scriptura autētica. nec in aliq̄ li
bro aristo. de mirabilibus locorū. nec
in aliquo alio loco. ſ; in libris solūmo
do iudeorū ad ipsoꝝ confortationē ex
plicat̄. Hec ille. Ad aliud vo figmen-
tum de mortuo nō ascendente in sab-
bato dici potest ꝙ dyabolus ventāma
lyon vel aliquis alius potuit assume-
re figuram patris rufi antedicti ⁊ face
re ac dicere que dicta sunt vt iudeorū
circa obseruantiam sabbati confirma
ret errorem. Ad tercium deniqꝫ ꝙ qui
non obseruat apud nos spontaneum
sabbatum apud mortuos obseruabit
eum coactus ⁊c̄. vtꝫ. Ergo abraaꝫ ⁊ m̄l
ti alij sancti q̄ nunq̄ꝫ coluerūt sabbatū
punient̄ ꝑ totam septimanā cū ifideli
bus ⁊ cōpulsi requiescent in sabbato.
hoc aūt falsum esse quis dubitat. Qꝫ
aūt abraam non coluerit sabbatuꝫ ha
bet̄ in beresith minori. Sup illud Ge
ne. ij. vbi dictum est. Et benedixit de⁹
diem septimā. dixit rabi iohānati abra
am non est scripta de eo obseruantia
sabbati. Hec ex pugione vbi. ſ. Pos-
sumus etiam nobis assumere demon
strationē ꝙ sabbatū verū quod signi-
ficat quietē. vt pꝫ Deut. v. c. sabbatū. i.
dies dn̄i dei tui est dies dn̄ica quā nos
xp̄iani obseruam⁹. qm̄ ſm sapiētes iu
deoꝝ thalmut vt notat mgr̄ iohes val
lisoletan⁹ ꝯuersus i lib. d̄ ꝯcordia legū.
titulo. iiij. c. x. p̄ma coniūctio solis ⁊ lu

ne que fuit in principio creationis mū di facta fuit die lune ad q̄nq̄ horas et ducenta ꝛ quatuor minuta hore. Et q2 textus nō dicit nisi sex diebus opaberis ꝛ die septima requiesces. ꝛ nō dixit qua die signata inciperent computari illi sex dies. Esset rōnabile ꝙ computatio incipiat a die istius cōiunctionis solis ꝛ lune. q2 hec duo luminaria distinguunt diem ꝛ noctem. Que cōiūctio vt predicit facta est die lune. ꝛ sic dies septima est dies solis que est dies dñica vt obseruamus xpiani. Est etiaꝫ alia ratio. quoniam in ista die saturni quā iudei obseruant est magna mutatio ſm stellas ex diuersitate dierū ꝛ locorum ſm longitudines ꝛ latitudines terrarū. q2 hierusalem est in longitudine. lxvj. graduū. Et ista terra valisoletana regis castelle est in longitudine lxvj. graduū. Et est differētia inter hierusalem ꝛ istam terram plusq̄ quatuor horarū. Item est alia differentia inter ista ſm motum puncti altioris spere noue p quem mouent̄ poli. ꝛ sic a tēpore quo lex moysi data est vsq̄ ad ista tpa est facta mutatio ꝛ differentia plusq̄ p q̄nquaginta gradus. ꝛ isto poloꝝ motu mutate sunt lōgitudines ꝛ latitudines ꝛ mutati sūt dies ꝛ noctes in oībus mūdi partibus vsq̄ ad ista tempora ꝛ ſm diuersitatē terrarū supradictā hodie iudei vnam horam illi⁹ diei sabbati sibi precepti nō obseruant. nec illam met dieꝫ a moyse illis temporib⁹ institutam. Talis mutatio potest clarissime cognosci ex mora quā fecit sol spacio vni⁹ diei stando imobiliter tempore Josue: ꝛ etiā ex retrocessione solis decem lineis in horologio Achas tpe regis ezechie. Et si iudei dicunt ſm supradictā rationē ꝙ idē debet iudicari d die dñica ſm xpianos. Respōdeo ꝙ hec obseruantia quā obseruant christiani non dependet a die dominica ratione diei dominice: sed ratōne resurrectionis christi veri messye in qua die ipe resurrexit. nec obest mutatio facta ex quo manet ipa principalis ꝛ ꝑcisa causa quare fit scꝫ memoria creationis mūdi ꝛ resurrectionis sancti messye ꝛ adhuc non obligarent̄ seruare ꝑdicta. nec etiā sacrificiū ꝛ obseruatōes septimarū ꝛ pollutionū ꝛ alioꝝ similium. posito ꝙ ad terram pristinā reducerent̄: qd̄ est impossibile ꝓpter diuersitatem locoꝝ terre ſm longitudinē et latitudinē. ꝛ terrarū etiam constellationes ſm imaginationē sapientum. et iste est magnus defectus legis. s. ꝙ oīa que legis erant nō obseruari debebāt in omni loco mūdi quod non est in lege christi veri messye. quia in omni loco ꝛ quacunq̄ parte terraꝝ tenent̄ xpiani legem sancti messye firmiter obseruare. ¶ Sanctus Bernardus in suo euangelio eterno assignat duodecim priuilegia diei dominice ꝓpter que sabbatū non immerito in dominicā diē mutata est. Prima est ꝙ fuit prima omnium dierū. Secundū ꝙ erit vltima dies presentis vite. Terciū. quia dieꝫ dominicam nulla precessit nox. Quartū ꝙ ei nulla nox subsequet̄. Quintū. qa in eo creauit deus celum ꝛ terraꝫ. Sextum. q2 in eo creati sunt omnes angeli a deo ꝛ boni in paradiso gratificati ꝛ glorificati sunt ꝛ econtra mali angeli i eodem die peccantes de celis ad inferos expulsi sunt. Septimū. q2 ſm origenem in die illa primo precepta data sunt filijs israel. Octauū. q2 in illa die christus incarnatus est. Naꝫ vt testat̄ magister hystoriarū die qua dixit de⁹ fiat lux visitauit nos oriēs ex alto ꝛ christus incarnatus est. In hmōi mysterium ꝛ figurā datū fuit māna i die dñica sic ait sup Exo. origen. Hoc q̄dē ꝓbat p hoc ꝙ i. xvj. c. dictū ē. Sex dieb⁹ colliget illd̄. die āt sexta duplū colligetꝭ.

longitudo

priuilegia 12 dominice diei

marinaro

priuilegia diei dominice 12

patet eñ diē sextā vocari illū q̄ sabba-
tū p̄cedebat q̇ est feria sexta. ⁊ ex h̄ pa-
tet ꝙ māna die dñico datū fuit. Si eñ
sex diebus cōtinuis collectū fuit. Se-
ptima aūt die cessatū est: ⁊ ꝑ cōsequēs
māne initiū a prima die dñica exordi-
um sumpsit. Nonuz q: in die dñica
xp̄s destructis inferni claustris capti-
uam ducens captiuitatē. ac sctōꝝ aīas
de lymbo eripiens triumphalr a mor-
tuis resurrexit: cui⁹ resurrectio nr̄e re-
surrectōnis exemplar est. Decimuz.
q: die dñico sp̄ūs ꝑaclitus discipl'is da
tus est. Vndecimū. q: in die dñico
erit resurrectio mortuoꝝ. ⁊ reddet de⁹
vnicuiq; ſm opa sua. Duodecimuz
q: in die dñico erit initiū ⁊ cōtinuatio
sine fine laudū dei ⁊ dñi nostri ihū xp̄i
veri messye in gl'ia sempiterna. Vnde
Esa. vlti. Et erit semē eoꝝ ex sufficien-
tia mēsis ex mense suo ⁊ ex sufficiētia
sabbati in sabbato suo. istud est seculū
futurū qd̄ totū erit sabbatū. i. requies.
Et nota ꝙ mensis legittime dicit᷑ he
redes hebraice: ponit᷑q; apud eos ꝓ ꝑ
fectōne numeri oīm dieꝝ in q̇bus lu-
na ꝑficit cursum suū. Cū luna quippe
cōputant iudei ⁊ nō cū sole. Mensis
ergo hic vt ait btūs Greg. ꝓ ꝑfectōne
positū est: ⁊ sabbatū ꝓ requie in q̇ ser-
uile opus fieri nō licebat. Erit ergo se-
men eoꝝ. i. apostoloꝝ ⁊ sctōꝝ p̄dicato-
rū facientiū filios sp̄ūales. ex mensis
sufficientia. i. ex sufficientia ꝑfectionis
vite p̄ntis. in mēse suo. i. in ꝑfectōe glo
rie sue in futuro. Sicq; semen auditm̄
ex sufficientia sabbati. i. requiei in die-
bus dñicis ⁊ festiuitatibus aliis ad au
diendū verbū dei necnō ex sufficientia
requiei a viciis ⁊ pctis in vita presenti
erit in sabbato suo. i. in sempiterna re-
quie sua: in vita futuri seculi. qd̄ totuz
est sabbatū vt p̄dictū est. Et si quer᷑
quare fuit ordinata quies diei septime
ꝑ iudeos die sabbati ⁊ nō alia dies se-
ptimane. Rñdet supradict⁹ magister
iohes in codē lib. ti. iiii. c. viii. ꝙ ad h̄
fuit triplex ratio. Prima est qm̄ ſm a-
strologos maior cōiūctio saturni cum
ioue fuit in capite arietis ascendente
aquario q̇ est dom⁹ saturni que cōiun-
ctio necessitauit ⁊ coegit ppl'm iudeo-
rū vt starent in captiuitate egypti qua
dringentis annis: ⁊ ꝙ inde educerent᷑ i
manu forti ⁊ brachio extento. ⁊ ꝙ ibi fi
erent miracula extra naturā. Et idō fu
it in die saturni dies sabbati ordinata
in memoriā exitus de egypto ⁊ in me-
moriā cōiunctionis saturni ⁊ iouis in
domo aquarii: vt dictū est. Et ratio q̄-
re magis firmauerūt se sup saturnū q̄
sup iouē est. q: saturnus est altior. Itē
q: ascendens cōiūctionis fuit aquari⁹
que est dom⁹ saturni secūda. Item ꝓ-
pter alias ꝓprietates q̄s iudei ⁊ terra
ipoꝝ habent cū saturno ſm ꝙ dicunt
astrologi ⁊ vlterius declarabo. ⁊ ideo
ordinatū fuit a iudeis ꝙ dies septima
qñ nihil opari debent ꝙ esset in die sa-
turni: ⁊ ꝙ essent in tenebris ⁊ sine can-
delis: etiā que ponūt astrologi debere
obseruari in die saturni vt liberent᷑ ho
mines a damnis suis ⁊ influentia effe
ctiua. Secūda rō est: q: ista die satur-
ni planete infectiui ⁊ damnosi habent
singularē potestatē. qm̄ p̄ma hora no-
ctis diei sabbati est hora martis ſm cō
putatōem horaꝝ: vt iudei cōputant or
dinādo primo noctē: ⁊ postea diez. Et
prima hora diei sabbati est hora satur-
ni. qui duo planete sunt damnosi ſm
astrologos: ⁊ sic in die illa naturali. dā
nosi planete habent suā influentiam
damnosam singularem. Et sic scripsit
rabi abraam in glosa sua quā fecit sup
decem preceptis super illo specialiter
Memento vt diem sabbati ⁊c. Dixit
istud preceptum fuit ꝓpter speram sa
turni: ⁊ qualibz die in hebdomada ha
bent stelle mobiles ipsa rum quelibet

Quare sabbatum festinat[?] apud iudeos et no alia dies

mensis interpre[tatio]

dies iudeorum

vnam diē in qua magis apparet ipsaꝝ virtus. ꝛ qm̄ vna die in hebdomada q̄escere tenebant in signū ꝛ memoriam creatōnis mūdi. vt dictū est. Ideo ordinauit eis moyses in mara ꝙ ista dies requietōnis esset specialr̄ ꝛ signant illa dies saturni que est sabbatū i qua stelle p̄dicte dānose habēt potestatem ꝛ influentiā singularē: vt ab ipsarū dānis ꝛ infectōibus tuerent. ¶ Tercia ratō est ꝓpter potestatē istis planetis datā sup iudeos ꝛ terrā suam. qꝛ sm̄ astrologos iudei sunt sub cōstellatōne martꝭ ꝛ saturni. ꝛ sic ꝑ experientiā ptꝫ qm̄ quādo saturnꝰ est in domo casus sui. ꝛ habet aspectū a malis ꝛ damnosis alijs stellis. tūc euidēter apparet malū opꝰ aliqđ in iudeis ꝛ hoc sepissime sum expertus. ꝛ sm̄ cōditōnes suas videnť esse de natura saturni ꝓut dixit Ptolomeus ꝙ de natura saturni est miseria ꝛ casus ꝛ pp̄ls captiuus ꝛ malaꝝ conditionū. vt sunt iudei. Et ideo diebus sabbatinis: ꝛ alijs diebus vbi erant predicte planete in exaltatōibus suis faciebant plura sacrificia q̄ in alijs diebus vt ab istarū planetarū dānis specialit̄ essent salui. ꝓut ꝑ glo. rabi abraā euidentiꝰ demōstraf quā fecit generaliter sup legē. ꝛ ꝓbatū est ꝑ dicta astrologorū. que ego allegaui in declaratōe quā scripsi sup glo. p̄dicti rabi abraā abenara. ꝛ ista talia cerimonialia priuanda erant in cōplemēto legis in aduētu cristi. qm̄ ipse venit ꝓ salute aiarū. Et vt tales opiniones falsas totalr̄ aboleret que ydolatriam sapiunt apparent. Et causa finalis legis cōplementi non est res corpalis ꝫ potꝰ spūalis: ꝛ in vnius dei obseruantiā in hebdomada in memoriā creatiōis mūdi que fuit causa finalis mutatōnis legis. ꝓut diximus. Rōnabile erat in cōplemēto legis ponere illam diem que est dies requietionis ꝛ illam aiam supfluam aliā quam dicunt eum coꝛ venire. ꝓut dixerunt ꝙ textꝰ dicit quieuit ꝛ aiauit. Exod. xxxi. Aiam aliā creauit hoi die sabbati qđ esset die solis que est dies dn̄ica. ꝛ ista die dn̄ica xp̄s a mortuis resurrexit: vt demonstraret mūdo aiarū salutē. ꝛ ꝓpter istā diem vere dicit aiam aliaꝫ venire. Qm̄ ꝓpter resurrectionē xp̄i aie ꝑpetuo vitā habent. ꝛ hoc signauit Algasel phus dicens in resplēdore solis saturno nō indigemꝰ. hucusq̄ p̄dictus doctor. Patet ergo quare iudei obseruant diē reqetōnis hebdomade in die saturni. et lꝫ dies requietōnis ab oibꝰ de mūdo sabbatū dicaf: qꝛ sic sabbatū interpretaf vt supra patuit. qꝛ tn̄ nō ea intētione qua iudei sabbatū suū appellant. Ideo nō diem saturni: ꝫ aliū colunt. vt videlicet diē dn̄icam nos xp̄iani oibus supstitōibus exclusis in memoriam resurrectōis xp̄i tali die factā ꝛ future resurrectōis: tali die fiendam vt supra dictū est. Itē possimꝰ adducere contra iudeos auctem magistri Alfonsi cōuersi in lib. belloꝝ dei. In quo disputauit cōtra iudeos sm̄ opiniōes thalmut. vbi dicit ꝙ sm̄ iudeos nō est incōueniēs dicere oia festa ꝛ ieiunia remissionū ꝛ indulgentiarū posse mutari. ꝛ textus vocat ipa sabbatum sicut ipmmet sabbatū. ꝛ ꝓbant hoc Leuit. xxiij. Hee sunt ferie dn̄i quas vocabitis setās. ꝛ glosauerūt dicētes vocabitꝭ .i. posito ꝙ errent scienf vel ignorāter. qm̄ illa debent festa simpliciter reputare. ꝛ sic nō debent iudei incōueniēs reputare ꝙ illi qui recipiūt legem sancti messye diē sabbati in diē dn̄icam commutarūt ꝓpter rationes superiꝰ allegatas. Et de hoc xp̄s in euangel. Math. xij. respondēs eis qui dicebāt ihesum xp̄m nō licere in sabbato curare. dixit filius hois habet potestatē super sabbatum.

¶ Contēdit iudeus probare ꝙ
ihesus christus non est verus
messyas: q2 non venit in nouis-
simis diebus.

Sextū argumentū nitit̄ ostende
re ihm xp̄m saluatorē nostrum
nō esse verū messyam in lege et
ꝓphetis ꝓmissum. Arguūt ergo iudei
sic. verus messyas debet venire in no-
uissimis diebus: ʒ nōdū sunt dies no
uissimi. ergo nōdū venit messyas. Ma
ior patʒ Esa. ij. qđ exponit̄ ad lr̄am de
messya vbi dicit̄. Erunt in nouissimis
diebus. Minor satis ptʒ. Ad illud ar-
gumentū dicendū ꝙ dies messye dicū
tur nouissimi habendo respectū ad or
dinē. habendo respectū ad etatē. habē
do respectū ad sacram scripturā. Pri-
mo ad ordinē. q2 sex milia diuidendo
⁊ ordinando ꝑ tres dualitates: sic̄ men
surat̄ duratio mūdi ſm iudeos. ⁊ duo
nouissima millenaria dicunt̄ dies mes
sye. ptʒ ꝑ Canadū belian. Vn̄ in thal-
mut in libro q̄ dicit̄ canhedrin. qui so-
nat sacerdotes magni. inuenitur h̄ ꝙ
sequit̄ legerūt in studio helye ꝙ sex mi
lia anni mūdus habet durare duo mi
lia vanitatis ⁊ duo milia legis. ⁊ duo
milia messye. ⁊ sequit̄. Et ꝓpter nostra
pctā que sunt multa transierūt ex illis
que p̄terierūt. hec ibi. Et cū hoc dixit
thalmut quasi transierant de duobus
milibus annis messye q̄si sexcenti an-
ni. ⁊ post illud tēpus transierūt iam q̄
si. dccccxlij. anni cū illo numero sex mi
liū annoꝝ. videt̄ cōcordare btūs ysido
rus suꝑ penthateucum. suꝑ illo passu
Enoch septimꝰ ab adam q̄ placuit dō.
translatus est Dicit ibi enoch septimꝰ
ab adam septimā requiem significat.
Transactis nanq3 sex milibus annis ⁊
renouato celo ac terra. factoq3 iudicio
transferent̄ sancti in vitā eternaʒ. Nūc
vide cecitatē iudeoꝝ: ipi cōputant an-
nos a creatōne mūdi sicut nos a nati-
uitate xp̄i: ⁊ dicūt ꝙ isto anno in quo
nos cōputamꝰ mille. cccclx. annos dn̄i
sunt. a creatōne mūdi q̄nq3 milia. ccxx
⁊ sic ptʒ ꝙ de duobus milibus annis
messye iaʒ trāsierūt ſm coꝝ cōputum
mille. ccxx. anni q̄bus debuisset venire
messyas. ⁊ cū nō sit numerus annoꝝ
vltra sex mille. vt dictū est. ⁊ ipe debet
regnare duobꝰ milibus annis. quō h̄ ē
possibile cū non restant ſm cōputū su
um nisi. dcclxxx. anni. Itē ipi assignāt
in p̄dicto numero annoꝝ d̄terminatū
tēpus messye. scʒ finitis quatuor mili-
bus annis a creatōne mūdi vt reseruē
tur duo mille ꝓ messya. Nūc attende
q̄d dicit Esaias. c. lx. in fine minimus
erit ibi mille: ⁊ paruulus in gentē for-
tissimā. ego dn̄s: in tp̄e eius subito faci
am illud. O iudee tu determinasti tē-
pus messye. ⁊ vide q̄d dicit deus. Ego
dn̄s in tp̄e eius. scʒ messye subito faciā
illud. Suꝑ quo v̄bo dicit glosa hebrai
ca. si fuerint boni ante tp̄us suū. ⁊ si nō
fuerūt boni in tp̄e suo. ergo necesse est
ꝙ iudei concedūt ſm suā glosam vnū
de duobus. Vel ꝙ ipi fuerūt boni vel
nō boni. Si boni. ergo messyas venit
ante tp̄us suū. scʒ anteq3 inciperet nu-
merus q̄nq3 miliū. Et si fuerunt nō bo
ni sicut ipsimet cōcedūt in dicto p̄ha-
bito ꝙ ꝓpter peccata sua multa transi
erūt. scʒ anni q̄ preterierūt. necesse ē ꝙ
tūc concedunt ſm suā glosaʒ ꝙ in tēp̄e
suo venit. s. finitis q̄tuor milibꝰ annis i
p̄ncipio q̄nti millenarij ānoꝝ. ⁊ sic ha
bēt ꝯcedere nc̄cīo ꝙ ſm suū numeꝝ iā
sūt mlle ⁊. xviij. anni ꝙ natus ē messy-
as. Et si dicant ꝙ nos cōputamꝰ plus
anticipando tp̄s. Dico ꝙ licet simus
differētes cū eis in cōputatōe annoꝝ
a creatōe mundi stante tn̄ suo numero
in veritate. lʒ anticipauerit tp̄us adim
pleuit qđ ꝓmisit. Sicut si aliq̄s rex ꝓ
misisset tibi castrū vsq3 ad diē signatū

extremū scʒ anni. Si aūt illud tpus vt puta in medio anni vl' al's tibi dederit castrū certū est ꝙ adimpleuit ꝓmissuʒ ⁊ sic nos xpiani stante numero iudeorū cōputabim⁹ eū ingressū qnti millenarij ⁊ dicem⁹ ꝙ sūt iaʒ mille.cccclviij. ꝙ venit messyas. stante tn̄ cōputatōne nr̄a a creatiōne mūdi. Dicem⁹ ꝙ messyas venit infra duo vltima millenaria Cū ergo ꝑ ordinē ⁊ respectu ad duas primas dualitates miliarioꝝ annoruʒ duo vltima millenaria in qbus debet regnare messias dicant̄ dies nouissimi Sequit̄ ꝙ dies in qbus venit ihesus nazarenus verus messyas sūt̄ dies nouissimi de hoc numero sex miliū annorū. Dictū fuit s̄.lib.j.ar.vj.pūcto.iiij. thesauro.j. Scdo ptʒ hoc idē habēdo respectū ad etatē. Naʒ duratio mundi mensurat̄ septē etatibus: sicut duratio hois quarū nouissima in vltima est decrepitas que ꝑfixū habet principiū sic cetere etates. nō tn̄ terminū. q₂ multociens plus durat ꝙ̄ cetere etates: ⁊ ihesus nazaren⁹ fuit i decrepita etate mūdi. ⁊ ꝑ cōsequens in nouissimis dieb⁹ habēdo respectū ad etatē. Tercio patʒ hoc habēdo respectū ad sacrā scripturam. nā ml'ta tpa ⁊ dies ꝑcedētia ihm nazarenū circiter ꝑ duo milia annoruʒ dicunt̄ in scriptura dies nouissimi sic ptʒ Geñ. xlix. Vbi isrl' vocat̄ filijs ante mortē suā dixit. Congregamini filij israel vt annūcieʒ vobis q̄ ventura sūt in nouissimis dieb⁹. vbi ml'ta annūciat non solū de his q̄ debēt impleri de aduētu messye: ʒ etiā multa que cōpleta sūt tpe reguʒ israel ⁊ iuda sicut fuit de primatu iuda ⁊ de excellētia super oēs frēs suos ⁊ d̄ regno ibi iuda te laudabūt fratres tui ⁊c. Patet igit̄ ꝙ non solum dies messye in qbus fuit ihesus nazarenus dicunt̄ dies nouissimi ʒ etiam multa tpa ante circiter ꝑ duo milia annorum precedentia dicunt̄ dies nouissimi.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihesus xpūs nō est verus messyas: q₂ in eius aduētu mōs syon non fuit eleuatus in vertice montium.

Septimū argumentū iudeoruʒ est tale. In aduētu messye mōs syon debet eleuari in verticem montiū: sed hoc nō est factū: ergo nondum venit messyas. Maior est Esa.c. vbi.s̄. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi.i. mons syon in quo erat templū in vertice montiū: ⁊ eleuabit̄ suꝑ colles. Minor patʒ q₂ in diebus ihu nazareni nihil tale factū est. Ad illud argumentū iudeoruʒ de monte syon. q̄ in diebus messye ſm iudeos debet eleuari suꝑ alios mōtes vnde dixerūt aliq̄ iudei ꝙ tēpe messye debet de⁹ portare montē thabor ⁊ mōtem synai ⁊ montē carmeli ad locum vbi est irl'm ⁊ in vertice istoꝝ montiuʒ ponere montē syon: h̄ dicū t ipi nō esse factū tpe ihesu nazareni. ḡ nō est messias. Rn̄deo ſm rabisalomonem ꝙ ista eleuatio mōtis supra mōtes nō est intelligenda ſm locū ʒ ſm excellentiam ⁊ gl'iam illi⁹ mōtis: q₂ ibi debebāt opari magna signa ⁊ miracula plusꝙ̄ in alijs mōtibus qd̄ impletū ē tpe ihu nazareni: q₂ ibi illuīauit cecū. curauit languidū. ibi suꝑ oēs apl'os misit spm̄ sanctū: ibi multa alia signa ⁊ miracula fecit. Et in hoc mōs ille suꝑ alios montes eleuari debebat ⁊ sic impleta est ꝓphetia in vero messya ihu xpo.

Contendit iudeus probare ꝙ ihesus xpūs non est verus messyas. quia in eius aduentu ad eum non confluxerunt omnes gentes.

Octauū argumentū iudeoꝝ est ad verum messiam cum debet venire debent confluere omnes gentes: ꝫ ad ihm nazarenum non confluxerunt omnes gentes: ergo non est ipse messias Maior patet ysa. c. quo supra vbi statim sequit: ⁊ fluent ad eum omnes gentes Minor est clara dicūt iudei ꝙ in nazareno non crediderunt omnes gentes nec adhuc credunt. Ad illud argumentū iudeoꝝ sup illud: fluent ad eum. i. ad fidem eius omnes gētes. Dicenduz ꝙ ibi omnes distribuit ꝓ generibus singuloꝝ non ꝓ singulis generū vt omne aial fuit in archa noe ita ꝙ est sensus ꝙ de quolibet gentiuz genere venirent ad fidem veri messie: qđ impletū est in ihu vero messia nr̄o ꝑ apostolos suos ꝑ quoꝝ ꝑdicationez de oibus gentibus conuersi sunt ad fidem xp̄i: qꝛ in omnem terraz exiuit sonus eoꝝ ⁊c. Et sic in isto modo in ihu vero messia onstro impletū est illđ. ps̄ Deus iudiciū tuū regi da et adorabūt euz omnes reges omnes gentes seruient ei: qđ impletū fuit in constantino imperatore qñ suscepit fidem xp̄i. vel aliter dicenduz ꝙ aliqñ omnes in scriptura sumit ꝓ multis vt. ij. regū. xvij. Dixit absalon ⁊ omnes viri isrl̄. Melius est consiliū chusi consilio achitofel ⁊ certū est ꝙ non erant ibi omnes viri isrl̄ sed multi. Similiter in euangelio Math. ij. Audiens herodes rex turbatus est ⁊ omnis iherusolima cum illo omnis em̄. i. multi de iherusolima: sic in ꝓposito venient ad eum omnes gētes. i. multi de gentibus

Contendit iudeus probare ꝙ ihesus christus non ē ver⁹ messias quia in eius aduentu non dixerunt gentes venite ascēdamus ad montem domini

Nonū argumentū iudeoꝝ ē cū verus messias venire debet gentes confluentes ad eum dicere debent Venite ascendamus ad montem domini ⁊ ad domum dei iacob. Sed hoc non dicitur in aduentu ihu nazareni ergo non est verus messias. Maior patet ysa. vbi supra. Venite ascendamus ad montez domini ⁊ ad domū dei iacob. Minor patet: quia aliq̄ xp̄iani dicunt: eamus ad domuz petri Alij dicunt eamus ad domum pauli. Alij ad domū martini ⁊c. Nulli vero dicunt ad domum dei iacob. Ad ħ argumentuz dicit Alanus in suo quadripartico libro. iij. c. ix. Dicens ꝙ mons iste xp̄s est in quem iam vniuerse fines terre credunt: iam adorant vniuerse familie gentium vna ⁊ concordi voce dicunt. Eamus ad montez domini ⁊ ad domū domini dei iacob: hoc est ad domū dei quem coluit abraam quem coluit iacob: quem coluit moyses: quem coluit aaron. Ideo ostenditur vnū deum esse ⁊ eoꝝ qui ante legem fuerunt fideles: ⁊ eoꝝ qui sub lege existunt: et eoꝝ qui nunc existunt credentes in deum. Quot autem arguūt nos super ħ quod dicimus eamus ad domuz petri ad domū pauli ad domuz martini ⁊c. Nullus qui sane sapit dictū ħ ita intelligit. Nullaz quippe petro siue paulo domum facimus. Sed in honorez petri atq̄ memoriam sancti pauli deo eā dedicamus. Nec vlli pontificum fas ē in consecratione ecclesiarum dicere tibi petro ⁊ tibi paulo hanc domum dedicamus: ꝫ potius deo dicitur cōsecrari: ⁊ q̄uis diuerse ecclesie deo consecrētur. tñ vna est domus dei: vna est dei ecclesia omniūq̄ fidelium conuentus Ad hanc domū dei accedit qui de vnitate ecclesie est. In hac domo dei adoratur mons montium ⁊ christus sanctus sanctorum hic peccata remittunt:

dicit non solū homicidium ꝓhibet imo etiā ira ⁊ odiū tollit.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihesus non ē verus messias qꝛ in eius aduentu gladij nō sunt cōuersi in vomeres nec lancee in falces

Decimū argumentum iudeorū est In aduentu messie gens cōtra gentem non debebat leuare gladium nec exerceri vltra ad preliū ⁊ debebant conflare gladios suos ī vomeres ⁊ lanceas suas in falces. Sꝫ cōstat ꝙ post aduentum ihū nazareni et adhuc modo non cessauerunt bella ꝑ orbem vt patet manifeste et maxime ī iudea quia post mortem eius fuerunt acerrima bella ⁊ iudea per tytum ⁊ vespasianum: fuerunt etiā semper lancee ⁊ gladij ⁊ alia arma bellica ī magna copia. Igitur ihs nazarenus non est verꝰ messias Maior patet ysa.c. vbi supra. Ad istud argumentū iudeoꝝ de pace que debebat esse tempore messie de q̄ ꝓpheta non leuabit gens contra gentem gladium nec exercebunt vltra ad prelium. Dicendum ꝙ ista pax fuit tēpore ihū nazareni veri messie. Naꝫ fuit pax spiritualis inter viros spirituales: quia inter malos pax esse non potest. Non est pax impijs dicit dominꝰ ysa.xlviij. In cuius signum angeli in sua natiuitate cantauerunt Gloria in excelsis deo Et in terra pax hominibꝰ bone voluntatis. Fuit etiā tēpalis pax de qua intelligunt. Primo in romano imperio quia in cesare Augusto finita sunt omnia bella ciuilia que inceperūt in roma immediate post euersionem cartaginis. Secūdo in iudea pax maxima que incepit in natiuitate ihū nazareni quando mūdus tanta pace gaudebat ꝙ cesar Augustus nō armis aut bellis occupatꝰ voluit scire quot ville quot ciuitates quot castra essent ī mūdo. Et ex h̄ exijt edictū a cesare Augusto vt describeret vniuersus orbis Lu. ij. Et durauit ista pax per.c.xv. annos vsq ad destructionē ihrl'm ꝑ tytū ⁊ vespasianū qđ patet quia ante ihm xp̄m cesar augustus regnauerat ꝑ.xlij. ānos xp̄s aūt.xxxiij. vixit vsq ad passionem Et deinde a passione xp̄i vsq ad destructionem ihrl'm influxerunt anni.xl. et sic sunt in summa centū ⁊.xv. anni. ita ꝙ fuit diuturna. Et tunc ꝓbabile est ꝙ ꝓpter diuturnitatem pacis iudei cōflarent gladios in vomeres ⁊c. sicut sensibiliter videt in terris vbi post bella seqtur pax diuturna. Sequit in dicta auctoritate non leuabit ⁊c. yꝑbole est ad designandum pacis diuturnitatem sicut cōiter dicit de aliquo negocio qđ ꝓtrahitur vltra modum consuetum. Istud negotium nunq̄ terminabitur licet aliquando termínetur infra annum vel infra mensem seu etiam ī minori s̄m conditioneꝫ negocij: ⁊ hic modus loquendi ꝑabolicus frequens est in ꝓphetis. Sed dicunt iudei ꝙ ista ꝓphetia nūq̄ impletur nisi illa pax fuisset ꝑpetua ꝓpter illud quod sequitur nec exercebunt vltra ad preliū quia signū aduentus messie est pax sine fine patet ysa.ix. Multiplicabitur eius imperium ⁊ pacis eius non erit finis vbi agitur expresse de aduentu messie. Et in ps̄. Deus iudicium tuum regi da. Orietur in diebus illis iusticia ⁊ habūdancia pacis donec auferatur luna: s̄ luna nūq̄ auferetur ergo nec pax. Dicendū ad primum cum đr: nec exercebunt vltra ⁊c. ꝙ li vltra non dicit eternitatem sed diuturnitatem tēpis sic patet qđ fuit. Vel aliter dicendū est ꝙ in dictis sacre scripture attendē debemus ea q̄ sunt ꝑ se ⁊ dimittē ea q̄ sūt ꝑ accñs ⁊ ex ꝯseq̄nti. Sciendū ḡ ꝙ lex antiq̄ ꝑ se ⁊ directe ꝑcipiebat pp'lo cor-

pale pliu. Nã ad adquirendũ et defendendum regnũ temporale in antiqua lege pmissum necessarius erat gladius expediebat lancea et cetera arma sine quibus ciuitates terrene ab inimicis acqri vel defendi nõ possunt. Idcirco dicitur Iudicu. iij. Hec sunt gentes quas dñs dereliquit vt erudiret in illis israhelem et omnes qui non nouerũt bella cananeorum et postea discerent filij eorum certare cum hostibus et habere cõsuetudinẽ pliãdi etc. Ex quibus manifeste patet quod sicut prima lex expresse pmittebat regnũ terrenũ ita directe pcipiebat tpale pliu. Sed lex euangelica ordinans pplm ad acquirendu et possidendum regnũ celorum ad que directe et per se non indigemus armis materialibus sed sanctitate et virtutibus ppter quod scđa Chor. x. Dicimus arma milicie nostre non sunt carnalia quia tota colluctatio nostra in noua lege est aduersus rectores tenebrarum et cõtra spũalia nequicie in celestibus vt habet ad Ephe. vj. De his armis visum est supra li. pmo cõsideratione pma. Est igit sensus pphetie si debeat cõpleri in hac vita presenti quod tpe noue legis nõ erũt talia bella ex cõditõe legis sic accidebat in lege antiq sed solũ indigemus vomere ad seminandũ meritũ in pñti vita et falce ad metẽdũ pmiũ in futura glia: vel alit sicut dic pitissimus vir Petrus alfonsi in suo dyalago ti. ix. Ait eñ quod nõ dixit pphecia predicta qd facture sint gentes enarrãdo: sed qd pceptur sit xps oñdẽdo queadmodũ et alibi zacharias dic de ipo et loquet inquit pacẽ gẽtibus sic eñ h de eo quod pacẽ pcepturus sit dictũ esse intelligimus ita et ibi: quam cũ et ipse pceperit si completũ non est nulla eius culpa fuit. Ad alia duo. s. et pacis non erit finis et donec auferat luna dico: quod non debent exponi iste pphecie de pace tẽporali: sed illa que durauit illo tpe fuit signũ pacis spũalis: quia certũ est quod cito post mortem xpi: sicut dictũ est resurrexerunt bella in iudea: iudeis ad inuicem pugnantibus et iterum cõtra romanos rebellantibus sicut dicit Iosephus in libro de iudaico bello: pter quod ciuitas ihrlm et terra i circuitu fuit destructa. Exponitur ergo de pace quam angeli clamauerunt in xpi natiuitate dicentes. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Hec pax consistit in tranquillitate cõscientie que pmanet in iustis omni tpe. pver. xij. Non tristabit iustum quicqd ei acciderit: et sic permanebit in iustis vsque ad finem mundi cui succedit pax celestis que exsupat omem sensum ad Philipen. iiij. et sic manet eternalit ex parte finis sicut luna que est incorruptibilis. Pax ergo pphetata de messia est pax per angelum in sua natiuitate nunciata quã mundus dare nõ potest quia mundus dat pacem suam cũ mala voluntate: dat pacem in signo nõ in ope in ore non in corde. ps. Loquunt pacem cum pximo suo: mala autẽ in cordibus eorum: et illã spũalem pacem bone volũtatis p angelũ nũciatam cõfirmauit ihs xps verus messias in morte dicẽs: pacem relinquã vobis: pacem meã do vobis nõ quõ mũdus dat ego do vobis Iohis. xiiij.

Contendit iudeus probare quod ihesus non est verus messias quia in eius aduentu non habitauit lupus cum agno.

Undecimũ argumentũ iudeorũ cõtra verum messiã sumit de textu ysa. c. xj. Egrediet vga d radice yesse q̃ sm oms doctores loqt de aduentu messie q̃ de radice yesse egressurus erat: et seqt: hitabit lupus cũ agno et pardus cum edo accubabit: vitulus et leo et ouis simul morabũtur et puer puul

minabit eos: vitulus et vrsus pascent simul ꝛ requiescēt catuli eoꝝ: ꝛ leo q̄si bos comedit paleas ꝛ delectabit infās ab vbere super foramina aspidis ꝛ i cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum suaz mittet. Super isto textu dicunt iudei ꝙ in aduentu messie animalia siluestria pacificabunt sic videlicet ꝙ pacifice viuent ꝛ habitabunt cū aialibus naturaliter mansuetis: ꝛ ꝙ animalia venenosa non nocebunt hominibus nec pueris. ymmo ꝙ ifantes secure ludent cum eis: nihil hoꝝ dicunt iudei impletum in tempore ihu nazareni ergo non est messias. Ad istud argumentū dicendū ꝙ non est verum ꝙ animalia siluestria tpe messie dēt domesticari taliter ꝙ pacifice viuāt ꝛ habitent cum mansuetis ꝛ ꝙ venenosa n̄ nocebunt ꝛc̄. quia s̄m ꝙ dicit rabi salomon tempore messie nec temp⁹ nec animalia nec corpa celestia in suis naturis mutabunt. Et ideo dicendum ꝙ ille locutiones que sunt in illa ꝓphetia sunt methaphorice qꝛ nominantur ibi homines nominibus animaliū. quid eñ ꝓdesset talis cōfederatio si lupus pacem non haberet nisi cū agno nec pardus nisi cū edo: nec leo nisi cū oue ꝛ vitulo. Inquietaret nancꝫ lupus edum ꝛ leo agnū: ꝛ pardus ouem. Ista ergo diuersa aialia diuersas hoim conditiones designāt sicut ꝓbari potest ex scriptura veteris testamenti vt ipi ceci suā cecitatem ꝓprijs manib⁹ possint palpare. Dicit eñ Geñ. xlix. beniamin lup⁹ rapax ꝛ tamen iste lupus vere erat hō Et ibidez. Dan coluber in via cerastes in semita: ysachar: asin⁹ fortis. ꝙ autē iste modus loquendi sit in dicto caplo patet qꝛ yesse p̄rez dauid vocat radicez Dauid vocat virgā: ꝛ messiā vocat florem. Ex hoc ptꝫ ꝑ targū trāslatōem caldaicā. Itē ysa. xvj. c. Emitte agnū dñe dñatorem terre. Aial aūt irrōnale non potest dñari terre cum ex ordinatione diuina homo presit animalibus vt dꝛ Geñ. j. c. Item geñ. xlix. catulus leonis iudas ꝛ iere. iiij. loquens ꝓpha de nabuchodonosor qui debebat destruere ciuitatez ihrl'm Ait ascendet leo de cubili suo ergo oīa ista aialia diuersaruꝫ cōditionū sūt hoies q̄ ad vnitatē legis euangelice sunt vocati nō ꝙ lupus existens lup⁹ maneat cū agno: ſ ꝙ lupus in ecclesia efficit agnus: ꝛ tūc habitat lupus cū agno. Nos sane ꝑ bestias illas que rapina ꝛ carne viuunt impios homines intelligimus ꝛ raptores: per reliquas vero pecudes mansuetos et simplices ꝛ de illis ꝓpha dicit ꝙ xp̄us eos habitare ꝛ pacem habere ꝓciperet Et ꝙ ita intelligēda sit illa ꝓphecia .s. de hominibus patet ꝑ ꝓphaz reddentē causaz istius confederationis. Ait eñ immediate quia repleta est terra scientia domini: bestie aūt intellectu carentes: scientie domini non sunt capaces. Sed ꝛ in confusionē intelligentie modernorum in ꝓphecia predicta dixerūt doctores antiqui iudeoꝝ nullaz inter tempus modernum ꝛ tempus xp̄i futurum esse distantiam nisi ꝙ in ei⁹ tēpore captiuitatem omnium exibunt: atcꝫ miseriam. hec petrus alfonsi i suo dyalogo ti. ix. Est ergo sensus in dieb⁹ messie habitabit lupus cum agno. i. superbi cum humilibus: infideles cuꝫ fidelibus: iudei cum gentilibus: ꝛ venenosi gentiles qui voluerunt deuorare iudeos eis non nocebunt ꝛc̄. Que omnia impleta sunt tempore ihu nazareni quādo simul in vna fide ꝛ cultu veri dei habitauerunt venenosi gentiles cum humilibus iudeis. Et ad litteraz impletuꝫ est illud in euangelio christi quando xp̄s ihs dedit potestatem apostolis ꝛ discipulis virtutez calcandi super serpentes Luce. x. ꝛc̄. Et actuum xxviij. dicitur ꝙ paul⁹ percussus a vi-

benia min
Dan
ysachar

pera i nullo est lesus propter quod barbari admirantes dixerunt ipm esse deum. Sed quid est quod dicitur i predicta auctoritate τ puer paruulus minabit eos. Dico φ puer puulus leonez τ vrsum minat cum agno in domo dei pastor.i.platus nobili τ ignobili potēti τ ipotenti forti τ debili iperat puer ille dicit nō in sensu ʒ malicia puulus.

Contendit iudeus probare φ ihesus non est ver⁹ messias qr iudei non sunt liberati a captiuitate nec ad patriā reducti

xii

Duodecimū argumentū iudeorum Accipit ex textu Deutro. .xxx. vbi dr.cū ergo venerūt super te fmones isti benedictio siue maledictio quā pposui in cōspectu tuo, et duct⁹ penitudine cordis tue in vniuersis gentibus in quas dispersit te dominus deus tu⁹ τ reuersus fueris ad euz τ obedieris ei⁹ imperijs reducet te dominus de⁹ tuus de captiuitate tua ac miserebit tui: τ rursum cōgregabit te de vniuersis pplis in quos te ante dispersserat τ si ad cardines celi dissipat⁹ fueris inde te trahet dñs deus tuus: et introducet te in terrā quā possiderunt pres tui τ maioris nuneri te esse faciet φ fuerūt patres tui. Istud dicūt iudei non esse factū in tempe ihu nazareni: qr nec liberati a captiuitate sunt nec reducti ad patriam quā possiderūt pres sui τ tamen istud debet fieri tpe messie ergo non est ipe messias pmissus. Ad illud argumentum est triplex responsio. Prima est φ hec omnia nō debēt impleri tpe messie absolute: ʒ cū conditione posita in textu ibi: ʒ si fueris ductus penitudine cordis: ymmo continue peccata peccatis sicut patres eorum τ mala malis addunt: τ ipi concedunt φ ipi sunt i pnti captiuitate ppt pctā q nō emendant τ de qbus non penitent gratī igit sunt i ea. Scda rnsio ē φ illa pphetia moysi ipleta est i reductōe captiuitatī babilonice quia qn ista pphetia fuit dicta p moysen solū fuerat populus in fuitute egiptiaca. Et ideo dicit textus rursuz.i.iterum: τ simile habet ysa.xj. Addiciet dñs scdo manū suam ad possidendū residuū ppli sui φ possidet ab assirijs τ non habet in tota sacra scriptura φ tercio debeat dñs reducere captiuitatem iudeorum: ʒ solū scdo τ scda captiuitas fuit babilonica. Istd igit impletū est in reductōe captiuitatis babilonice.

reductio babilonica

Sed contra hoc fortiter arguūt iudei p illd Ezech.xxxix.c. vbi dicitur φ cōgregabit eos dominus de nationibus et non relinquet quēquam ex illis: ʒ in ista reductione babilonie multi remanserunt τ nō omnes reuersi sunt: igitur pphetia non est impleta. Dicenduz φ immo pphetia est impleta: qr omnes reuersi sunt qui voluerūt reuerti: qr omnib⁹ nullo dempto cyr⁹ dedit licenciaz vt patz.ij. Paralippo. vltimo τ pmo hestre. dedit etiā eis munera multa et vasa templi que tulerat nabuchodonosor de ihrlm τ null⁹ derelictus est ibi qui voluerit reuerti. Illi aūt qui ibi remanserunt fuerūt igrati diuino beneficio.

Circa Nabuchodonosor

Tercia responsio est φ potest exponi φ pdicta congregatio facta est p ihm verum messiam spiritualiter qui congregauit iudeos τ gentiles in vnū per fidem τ charitatem: sic exponit Iohes euangelista.xj.c. vbi dicitur φ ihus moriturus erat p gēte nō tantuz p gente: ʒ vt filios dei qui dispsi erant congregaret in vnū. Null⁹ enim ab hac congregatione expellit qui velit intrare quia nulli claudit gremiū ecclesie. Iudei aūt hanc cōgregationē non intelligunt: ʒ volunt intelligere φ sicut corpaliter fuerunt p orbez dispersi sic corpalit i terrā pmissiois φ possederūt pres eorum hūt ꝯgregari. Vt er

go cecitas iudeorum excludatur. Notandum est sicut notat reverendus magister paulus episcopus burgensis in suo dyalogo distinctione .iiij. c. j. ij. et iij. quod congregatio de qua loquitur propheta est dictio equivoca: quandoque enim significat congregationem corporalem in aliquo loco: quandoque vero significat congregationem .s. animorum in aliquo credibili seu opinabili vel desiderabili et huiusmodi. Sicut enim corpora in eodem loco posita dicuntur congregata localiter et ad invicem remota dicuntur dispsa: sic animi in eodem conceptu intellectus seu voluntatis existentes uniti dicuntur et a forciori possunt dici congregati. Unde auctoritas allegata Ezechielis potest dupliciter intelligi quia secundum quosdam de congregatione corporali intelligitur quod fuit impletum in reditu de captivitate babilonica quando omnis populus israheliticus qui voluerunt ascendere ad terram promissionis habuerunt universalem licenciam seu potestatem hoc faciendi sicut supra dictum est: et huic sentencie consonat principium huius prophetie predicte Ezechielis: in qua dominus dicit prophetice. nunc convertam conversionem iacob etc. quod esset manifeste falsum si hoc adhuc esset futurum cum ab illo tempore in quo dictum fuit nunc convertam usque ad istud tempus transierunt plusquam mille sexcenti anni. Sed quia tempore ezechielis quando hoc fuit dictum per prophetam iam imminebat tempus predicte congregationis. Ideo dicitur in hac prophetia nunc reducam captivitatem etc. Que quidem prophetie et plures alie similes ut illa Ezechielis .xj. Congregabo vos de populis et adunabo de terris in quibus dispersi estis et dabo vobis humum israel fuerunt implete in reditu captivitatis babilonice per congregationem corporalem israhelitarum que tunc fuit facta. Secundo vero intelligitur congregatio in predicta auctoritate spiritualiter quod impletum fuit per ihesum christum verum messiam sub quo totus israel .s. fideles christi qui veri israel dicuntur non carnales: sed spiritualis est congregatus seu unitus in fide christi secundum quam animi fidelium uniuntur seu congregantur. nec obstat secundum istos quod dicitur. nunc convertam tamen quia non tantum distat tempus in quo hec prophecia fuit dicta a tempore adventus christi sicut presens tempus ut est manifestum: tamen quia respectu divine eternitatis tempora omnia reputantur ut nunc. ex quibus patet quod secundum utramque predictarum expositionum prophetia predicta iam est impleta. Et si dicat iudeus non invenitur in sacra scriptura congregacio spiritualis: sed ubicunque dicitur congregatio intelligitur corporum: quare sequitur quod predicta expositio nullum habet in sacra scriptura fundamentum. Respondetur quod non est mirum si iudeus non invenit quia cecus est. numquid dicitur in psalmo. cor eius congregavit iniquitatem sibi. Constat enim quod congregacio iniquitatum in corde sit per multarum cogitationum iniquarum aggregatio nem quae non est congregacio corporum sed conceptuum cordis. Legitur enim ezechielis xxxvij quod propheta iussu divino accepit duo ligna quorum super unum scripsit tribui iude et socijs eius. Et super aliud tribui effraym et socijs eius que quidem ligna de dei mandato unum ad alterum adiunxit: per quam adiunctionem ut ibi legitur figuratur a deo unio israelis ad invicem sic quod non dividerentur in duas gentes seu duo regna. Ex quo patet quod per coniunctionem corporalem figuratur coniunctio spiritualis in scriptura: et per consequens coniunctio spiritualis est potior seu dignior quam corporalis. Sicut figuratum potius seu dignius est quam figura. Expositio auctoritatis ezechielis de congregatione spirituali qualis est facta per christum est misterio romanalis et dictis sacre scripture consona.

Nec est iterum instantia de supradicta auctoritate deutro. xxx. ubi agitur de captivitate iudeorum hodierna ut ipsi asseverant .s. quod sunt congreganda diversis gentibus

buſ terre in terrā quā poſſederūt pr̄es eoꝝ ex eo ꝙ dicit̄ in textu: ſi ad cardies celi fueris diſſipat⁹: inde te cōgregabit dn̄s deus tuus ⁊ inde aſſumet te atq; introducet in terrā quam poſſederūt patres tui ⁊ obtinebis eā. Ratio autem quare inſtantia p̄dicta nulli⁹ eſt roboris: q2 ſicut congregatio eſt dictio equoca vt dictū eſt ſic etiam terra. Dicit eñ rabi moyſes de egipto ꝙ q̄ ſcripturas ſacras recte intelligere vult opꝫ ꝙ ſignificatōes dictionū equocarum diſcernat: nunc aūt vt patet ex ſacra ſcriptura iſte termin⁹ terra corporea ⁊ ſenſibili in q̄ homines cōiter habitāt quāq; vero ꝑ ſpūali in qua ſancti habitāt de qua dicit̄ in ps. Credo videre bona domini in terra viuentiū. Vñ ſi p̄dicta auctoritas intelligatur de hodierna captiuitate vt iudei exponūt: tunc cōgregatio de q̄ loquit̄ intelligenda eſt ſpūalis. Silr̄ ⁊ terra contenta in illa auctoritate intelligēda eſt non terra in qua habitauerūt pr̄es corpaliter ꝑ certo tempore ⁊ poſtea mortui ſunt. Sꝫ terra viuentiū in qua q̄cunq; reuerſus fuerit ad deū per veram penitentiā que fidē ⁊ caritatem p̄ſupponit introducitur ⁊ eternaliter manet. Sed dicet iteꝝ iudeus ſi terra aliq̄n intelligat̄ in ſcripturis ꝑ eterna manſione hoc eſt cū additione hui⁹ termini viuentiū ⁊ huiōi. Sꝫ terra ſimplr̄ ſumpta nō accipit̄ in ſcripturis niſi ꝑ hac terra ſenſibili: rñdet̄ video ꝙ cec⁹ factus ne miꝝ ſi non videt ſcripturā ſacrā in q̄ ſine aliq̄ additōe terra aliq̄n accipit̄ ꝑ terra ſpūali hitata p ſanctos. Dicit̄ eñ in ps. Juſti aūt hereditabūt terrā ⁊ hitabūt in ſeculū ſeculi ſup eam. Conſtat aūt ꝙ nulla eſt terra ſenſibilis in q̄ iuſti in ſeculū ſeculi habitant cū omnes iuſti in hac vita exiſtes ſint mortales. Et ſic patet ꝙ terra de q̄ loquit̄ ps. nō eſt iſta terra ſēſibilis in q̄ hitamus mortales homies corporaliter: ſꝫ illa terra celeſtis in qua iuſti hitant in ſeculū ſeculi. ſ. eternaliter. Et iſta eſt ꝓpe terra viuentiū: ⁊ ſic pꝫ ꝙ vocat ps. ſimplr̄ ſine adiectōe illā terram celeſtem quā ſancti hitant: quam q̄dem ſignificatōem doctores iudeoꝝ ſentiūt. Vñ ſup illud yſa. lx. c. populus aūt tuus oñs iuſti in ppetuū hereditabūt terrā. Dico in libro canhedrin. c. elech: oñis iſrahelita hꝫ ſortē in ſeculo futuro: ſcriptū eſt eñ pplo tu⁹ oñs iuſti in ppetuū hereditabunt terrā. hec illi. quā auctoritatē tenēt oñes poſteriores moderni iudeoꝝ ſine ꝯdictōe. Ex q̄ pꝫ ꝙ terra in verbis yſa. ſimplr̄ dicta .ſ. cū dicit hereditabūt terrā accipit̄ ꝑ terra illa celeſti ⁊ eodē modo intelligēdum eſt in auctoritate deutro. xxx. per iudeos allegata. Pꝫ ergo falſam eſſe opionem iudeoꝝ. ſ. ꝙ ſunt cōgregandi corpaliter ab hac captiuitate in q̄ ſunt vndecūq; ſint ⁊ reducendi ad terrā illam ſenſibilē quā poſſederūt pr̄es eoꝝ ⁊ ꝙ p̄dicta ꝓphetia impleta eſt p xp̄m in cōgregatōe ſpirituali ⁊ t̄ra viuētiū.

¶Contendit iudeus probare ꝙ iheſus non eſt verus meſſias quia non congregauit iudeos in hieruſalem

TErciumdecimū argumentum iudeorum eſt licet terra poſſit intelligi celeſtis vt in precedenti ſolutione dictum eſt non tamen videtur quomodo poſſit intelligi ꝙ congregatio iudeorū non ſit fienda a captiuitate qua ſunt ad ciuitatem ihr̄lm reuocandi cum de hoc ſit expreſſe auctoritas Jere. iij. c. Jn tempore illo vocabūt ihr̄lm ſoliū dñi et ꝯgregabūt̄ ad eū oñes gentes i noie dñi in ihr̄lm cū ergo hec ꝯgregatio nō ſit facta expectatur ergo fienda pmeſſiā futuꝝ. rñdet p̄dict⁹ mgr̄ paul⁹ li. eodē ⁊ di. iij. c. ꝙ ſꝫ dcō ihr̄lꝫ ē equoca ſic iſte t̄mi⁹ t̄ra ſaltē

a cõsilio. vñ sup illud ps. cxxj. Ihrl'm q̄ edificat vt ciuitas cui⁹ pticipatio ei⁹ in idipm. doctores iudeoꝝ tradunt ꝙ ihrl'm inferior dirigit ad irl'm supiorẽ hec ille. Ex quo pꝫ manifeste ꝙ intelligant illud qḋ dr in ps. Ihrl'm q̄ edificat vt ciuitas ꝓ inferiori irl'm. ꝛ illud qḋ sequit vt ciuitas cui⁹ pticipatio ei⁹ in idipm ꝓ ihrl'm supiori. q̄ quidez expositio est satis congrua q2 illa iferior ihrl'm ad illã supiorẽ ordinat seu dirigitur. Patet igr ex dictis doctoꝝ hebreoꝝ ꝙ ihrl'm qñqꝫ accipitur in sacra scriptura ꝓ illa celesti ꝛ sic debet itelligi in pdicta aucte Jere. allegata in q̄ dr ꝙ congregabũtur ad ihrl'm oẽs gẽtes in noie dñi. Sciendũ etiã ꝙ fm doctores iudeoꝝ nõ solũ btitudo celestis vocat ihrl'm in scripturis ꝫ etiam mons dei ꝛ locus sctũs dei. ꝛ sctũariũ et atria dñi ꝛ templũ dñi ꝛ hmõi ꝛ ĩdo cũ dr quis ascẽdet in mõtẽ dñi aut q̄s stabit i loco sctõ ei⁹. Et alibi cõcupiuit aĩa mea in atria dñi ꝛ multa similia intelligi debent fm doctores iudeoꝝ de celesti beatitudine. Inter quos pncipalis est rabimoyses egipci⁹ de ħ tractauit in suo Deutro. in tit. de penitentia. ca. viij. De quo in particula septia loquens de premio eterno, dicit ħ est premiũ quo nullum superius. et ħ est bonũ post quod nullum aliud bonuꝫ et hoc desiderauerunt omnes ꝓphete quod bonum multis etiã vocauerunt nominibus. vt mons dei ꝛ loc⁹ sanct⁹ eius. ꝛ locus sctũarij ꝛ via sancta. atria dñi ꝛ porta dñi. Hec ille.

Contẽdit iude⁹ probare ꝙ iesus non ẽ ver⁹ messias q2 i ei⁹ aduẽtu ñ edificauit tẽplũ dño.

Quartũdecimũ argumentũ iudeoꝝ accipitur ex illo qḋ hr zacharie. vj. Ecce vir oriens nomẽ eius. sequit. ꝛ ipe edificabit tẽplũ dño. et etiã habetur ezechielis vltio ꝙ irl'm ꝛ templũ debẽt reedificari tpe messie. ꝛ fm mensuras q̄ ibi ponunt. spaciuꝫ erit vltra decẽ milia leucaꝝ. Ista inquiunt nõ sunt impleta tpe ihu nazareni imo templũ ꝛ hierl'm ꝓpter ei⁹ morteꝫ fuerũt destructa vt dicit rabimoyses de egipto in libro sophrim libro de iudicibus titulo de regibus ꝛ bellis eorum. ca. xj. Dicit eñ ibidẽ ihs nazaren⁹ imaginatus est se esse messiam ꝛ fuit interfectus p iudiciũ infra volens cõcludere eũ nõ eẽ messiã. Ait sic. Nam omẽs ꝓphete locuti sunt ꝙ messias est redẽptor israel ꝛ congregator eoꝝ ꝛ iste dedit occasionẽ ad perdendũ isrl' gladio ꝛ dispergendũ reliquias eoꝝ ꝛ ad supprimendos eos ergo nõ est ipe messias. Ad istud argumentũ dicendum ꝙ fm nos ꝛ iudeos duplex est templum ꝛ duplex ihrl'm. s. templũ materiale et spũale. Iherusalẽ alta ꝛ ihrl'm bassa. ꝓ quo est aucťas Geñ. xxviij. de iacob q̄ vidit scalã ꝛ angelos ascendentes ꝛ descẽdẽtes ꝛ dixit. q̄ꝫ terribilis ẽ loc⁹ iste nõ est hic aliud nisi domus dei ꝛc. vbi glosa hebraica dicit ꝙ iacob vidit irl'm ꝛ domũ dei edificandã in terris. ꝛ i celꝭ ꝛ dixit nõ est hic aliud nisi dom⁹ dei et porta celi. i. dom⁹ edificanda in tris nihil est. ꝓpatõe illi⁹ dom⁹ ꝛ irl'm q̄ debꝫ edificari in celis ꝛ p hoc ẽ magna glosa in bresith raba qui habet ꝙ moyses anteq̄ꝫ moreret duct⁹ est in celum ꝛ vidit ibi messiam edificantem irl'm in celis ex margaritis ꝛ lapidib⁹ pciosis. et dixit sibi messias ꝙ iacob pater eius vtrãqꝫ iherusalẽ viderat ꝛ dixit ꝙ nihil erat illa irl'm que edificanda erat i terris in compatione illius que in celis. quia illa erat duratura ꝓ israel in ppetuum et dixit tunc moyses. letatus sum in his que dicta sũt mihi i domũ domini ibimus. Stantes erãt pedes nostri in atrijs tuis ihrl'm. Ihrl'm que

edificaꝛ vt ciuitas cuiꝰ ꝑticipatio eius
in idipm. Modo ad ꝓpositū ibꝫ naza
renus verus messias debuit edificare
ꝛ edificauit templū ꝛ iherusalē nō ma
teriale sed spūale.s.ecclesiā ꝛ paradisū
ex lapidibꝰ viuis videlicet ex fidelibꝰ.
qui in pñti templo ꝛ irl'm supiori com
paginantur ꝑ grām ꝛ in futuro ꝑ glo-
riam ꝛ ꝙ nō debeat edificari templuꝫ
materiale ſm intentionē iudeoꝝ patet
qꝛ potest q̄ri ab eisdē de quinqꝫ. Prio
q̄le in nūero eēt. Scḋo q̄d contineret.
Tercio ad q̄d seruiret. Quarto q̄s ibi
ministraret. Quinto q̄ dies illō solem
pnisaret. Ad primū respondet iudeus
ꝙ erit in nūero terciū. Sed cōtra h̄ est
Iere.vij.c.nolite ꝯfidere in ꝟbis men
dacij dicentes.tēplū dñi.tēplū dñi tē-
plū dñi est. q̄si dicat tēpla materialia
nō debēt eē nisi duo.ꝛ q̄ dicit tercium
templū materiale fiendū mendacium
dicit.verba sunt dñi exercituū dei isra-
el.vtꝫ patet ibidē. Item Aggeꝰ ꝓpħa
q̄ fuit tpe scḋi tēpli hoc idem clare exp̄
mit in.c.ij.loquēs de celerrimo aduen
tu messie in eodē dicens. Adhuc vnuꝫ
modicū est ꝛ ego cōmouebo celū ꝛ ter
ram mare ꝛ aridā ꝛ mouebo oēs gen-
tes ꝛ veniet desideratis cūctis gentibꝰ
ꝛ implebo domū istā glīa dicit dñs ex
ercituū.sequiꝛ. Magna erit gloria do
mus istius nouissime plusq̄ȝ prime di
cit dñs exercituū.hec domus nouissi-
ma fuit domꝰ scḋa q̄ facta fuit ꝑ esdraꝫ
in quā venit saluator nr̄ q̄ñ fuit oblatꝰ
et sepe in eadē p̄dicādo ꝛ miracula fa-
ciendo.ꝛ qꝛ ipe in eā venit dicit ꝓpħa.
ꝙ debebat eē sua gloria maior q̄ȝ illiꝰ
p̄me quam fecit salomon licet fuit no
bilis prima facta per salomonem. qꝛ
non fuit in regibus maior salomone.
Et attende ꝙ dicīt in textu. domꝰ istiꝰ
nouissime.demonstratiue signādo no
uissimā domum ꝛ nō dicit nouissime
absolute.sicut cogitat iudeꝰ ꝙ debeat

fieri altera domꝰ vt p̄dictū est qꝛ si taꝛ
debuisset fieri dixisset ꝓpħa domꝰ no-
uissime. Sed qꝛ illa erat domꝰ in quaꝫ
debebat venire sicut venit de fcō. mes-
sias dixit hmōi.vt de facto dareꝛ intel
ligi ꝙ in istā debet venire ꝛ nō in alte-
rā. Nūc aūt ꝓbaꝛ ꝙ illa maioritas fu-
it qꝛ venit in ea saluator. legimꝰ i p̄mo
li.esdre.c.iij.ꝙ q̄ñ finitū ē opꝰ domꝰ se
cūde plurimi etiā de sacerdotibꝰ ꝛ leui
tis ꝛ p̄ncipes patrū ꝛ seniores q̄ remā
serant in illis.lxx.annis q̄ trāsierūt de
prima domo ad scḋam lacrimabātur
qꝛ nihil videbaꝛ domꝰ scḋa in cōparōe
ad primā. Sed iuuenes q̄ nō viderant
primam gaudebant in aspectu secūde
In quo ergo erat maioritas glīe huiꝰ
scḋe domus nouissime nisi qꝛ in eam
venit saluator mūdi. Sapiētes iudeo
rum declarant ꝙ maioritas domus se
cūde fuit qꝛ durauit ꝑ decē annos plꝰ
q̄ȝ p̄ma.qꝛ pria durauit ꝑ.cccc.ꝛ.x. an-
nos ꝛ scḋa ꝑ.cccc.ꝛ.xx.ānos videte q̄-
lis est glīa qꝛ durauit decē annis plus
in illis decē vltimis ante destructōnē
iam non habebat gloriā neqꝫ potesta-
tem quia per sex annos anteq̄ȝ destru
eretur domus scḋa. Titꝰ ꝛ vespasianꝰ
mandauerūt ꝙ non facerent sacrificia
post aduētū etiā saluatoris nr̄i qui fu
it pauco tpe ante destructionem scḋe
domus ſm ꝙ ipe dixit Luc.xix.ꝙ nō
remaneret in ea lapis super lapidem
quottidie fuerīt de malo in penis.ꝛ q̄
glīa erat ꝙ ipe durauit decē annis plꝰ
cū ibi manerēt captiui ꝛ subditi. Sūt
alij sapientes iudeorum qui declara-
uerunt ꝙ maioritas illa fuit quia fuit
melius operata q̄ȝ prima salomonis ꝛ
ꝙ illam reꝑauit herodes. Sed bñ de-
bemus intelligere ꝙ non attixit hero-
des ad illud ad quod attinxit salomō
vt faceret maiorem ꝛ melioreꝫ domū
Ceteꝝ thalmud in li. qui vocaꝛ yoma
dicit ꝙ quinqꝫ que fuerunt in pria do-

mo nō fuerūt in secunda. Primū ar
cha testamenti. secundum sembāme-
foras qd ponebant sacerdotes sup cor
suū. quia mandauit lex in exodo q cū
alijs pānis sacerdotalibus faceret vnū
alium pannum qui in hebraico vocat
offer qui eēt quadratus z duplicatus
et q esset quantitatis vnius palmi in
longū. et alterius palmi in latum int
duplicaturā huius panni ponebat sa-
cerdos sembāmeforas scriptum i hoc
panno mandauit lex q ponerētur. xij.
lapides preciosi in quatuor lineis de
tribus in tres ita q tres essent directe
in qualibet linea et mandauit q scribe
rentur nomina. xij. tribuū in illis lapi
dibus vnum nomen in quolibet lapi-
de. et cum sacerdos ponebat super se
hūc pānū volēs scire si irēt ad faciēdū
guerrā vl' si hērent victoriā z si irēt q tri
b9 hēret victoriā p virtutē illi9 sembāme
foras statim relucebat lapis z splende
bat nomen illius tribus per quam de
bebat habere victoriam et si nō oporte
bat ire ad guerram splendebant que-
dam lr̄e que dicebant non z si optebat
ire relucebant lr̄e que dicebāt sic z istō
non fuit in domo secūda. Tercium q
non descendebat ignis de celo ad cō-
burendum sacrificium sicut in prima
Quartū q gloria dei que apparebat
in prima domo in sancta sanctorū int
cherubin non videbatur in domo se-
cunda. Quintū q in prima veniebat
spiritussanctus ad loquendum cū pro
phetis et in secunda non quia tres vl-
timi prophete. scilicet Aggeus zacha-
rias et Malachias qui fuerunt in do-
mo secunda erant senes et remāserāt
a tempore domus prime et in Mala-
chiam cessauerunt prophete quia ipse
fuit vltimus. Nunc ad propositū re
deamus ex quo in domo secunda defi
ciebant ista quinq in quo erat maio-
ris glorie q prima nisi quia debebat i

ea venire messias filius dei viui qui in
compabiliter excedebat omnia predi
cta. Patet ergo manifeste ex hac pro-
phetia nullā aliā domū siue templū
materiale fiendum cum domus illa se
cunda esset nouissima i qua venit chri
stus qui est vera gloria. Sed arguit
vlterius iudeus si tu dicis q hec pro-
phetia fuit impleta in domo secunda
quando motum est celum et terra et
mare et arida quia non videntur ista
facta esse in aduētu ihū nazareni ergo
necesse est dare terciā domū qn ista im
plebuntur. Respondeo q imo oīa ista
fuerunt impleta in aduētu ihū naza-
reni veri messie. Dicit enī adhuc vnū
modicū. id est tempus breue respectu
precedentis duratōnis mundi et ego
mouebo celū. istud fuit impletū quā
do stella noua in natiuitate christi ap-
paruit. Math. ij. et terrā z mare. quod
fuit impletū per victoriā romanorum
in omni terra z i insulis maris. Et mo
uebo oēs gentes hoc fuit impletū imi
nente xpi natiuitate propter quod exi
it edictū a cesare augusto vt describe
retur vniuersus orbis redactus sb do
minio romani impatoris propter qd
ibant singuli in ciuitatē suā z tunc cri
stus fuit natus Lu. ij. Ipso ergo chri
sto adueniēte multitudo maris ad eū
est conuersa celū. tellus z maria sūt cō
mota. cōmota inq sunt celi et terre et
maris habitatores exultauerūt. z vndi
q terrarū hierusalē habitationes vari
as oblationes varias ad laudem ipi9
xpi attulerunt. Ad secundum i quo
querebatur si daretur terciū templū
materiale quid contineret. dicit iude9
q contineret archam. tabulas virgā
et manna. Sed contra hoc est Jere. i
ca. iij. Non dicent vltra archa testamē
ti neq ascēdet super cor neq recorda
buntur illius nec visitabitur. nec fiet
vltra. sed in tempore illo vocabūt hie

rusalem soliū domini et congregabūt
ad eum omnes gētes. vbi est glosa do
ctorū iudeorum q pro tempore hierusa-
lem syon soliū domini. iuda. israel san
ctuariū. terra. omnia hec vocabula si-
gnificant gloriā paradisi. Ad terciū
si daretur terciū templū ad quid serui
ret dicunt iudei q seruiret pro sacrifi
cijs faciendis sicut preterita domus.
Sed contra hoc dicit deus ysa. vltio.
celū sedes mea terra scabellum pedum
meorum que est ista domus quā edifica
bitis mihi et quis est iste locus quiet[us]
mee. Respondent iudei domino. dn̄e
ista tercia domus edificabitur tibi pro
sacrificijs offerēdis sicut in ceteris do
mibus fuit factū vt respicias pro pec
catis nostris et parcas et dicit domin[us]
eis ad quē respiciam nisi ad paupercu
lum. contritum spiritu et trementem
sermones meos. Et exemplificat de
sacrificijs antiquis. Dicens qui immo
lat bouem quasi qui interficit virum
qui mactat pec[us] quasi qui excerebrat
canem. qui offert oblationē quasi qui
sanguinem suillum offerat. qui recordat
thuris quasi qui benedicat ydola. q̄si
dicat ista sacrificia non mihi placent
cessare debent. et solū mihi placet q tē
pore messie est fiendum. id est sacrifici
um cordis contriti et hūiliati &c. Ad
quartū in quo q̄ritur si daret tercium
templū quis ibi ministraret. Respon
dent iudei q ibi seruirent sacerdotes
de leui et de sadoch. Sed contra h̄ est
ysa. in ca. eodem vbi loquens de mes-
sia dicit. et declinauit super eā sic flum
pacis. sequit et mittet ad gentes in af
fricam et lydiam et ytaliā et greciā &c.
et faciet ex eis in sacerdotes et leuitas
dicit dn̄s quod impletum est in ihesu
nazareno tempore apostolorū. Sacer
dotium em̄ antique legis figura fuit sa
cerdocij noue legis. Et ideo presente
sacerdotio noue legis cessare debet an

tiquū. Iuxta illō primi Reg. ij. vbi sic
agit de[us]. Nunquid non aperte reuela
tus sum domui patris tui cum esset in
egipto. et elegi eū ex omnib[us] tribub[us] is
rael mihi in sacerdotē vt ascenderet in
altare meum. sequit. Ecce dies veniūt
et precidā brachiū tuū et brachium do
mus patris tui vt non sit senex in do
mo patris tui. id est presbyter vel sacer
dos. et quasi in fine capituli cōcludit.
et suscitabo mihi sacerdotē fidelem q
iuxta cor meum et animam meam fa
ciat. et edificabo eius domum fidelem
et ambulabit coram xp̄o meo cunctis
diebus vbi euidenter ondit q iudeo
rū sacerdociū erat finaliter consuman
dum et erat aliud consurgendum cun
ctis dieb[us] perduraturis corā xp̄o do
mino. Iuxta illō psal. tu es sacerdos
ineternum scd̄m ordinem melchise
dech. Nec valet fuga infidelis iudei
si vellet fugere per institutionem sa
doch et expulsionem abiathar a sacer
dotio. tercij Regum. ij. capitulo. quia
cum illa exclusionem hanc etiam ge
neralem intellexit propheta sicut ap
paret ex modo loquendi quia dixit q
cunctis diebus. Certum est autem q
cunctis diebus sadoch non ministra
uit. nec volo tacere quod sequitur in
eadem prophetia futurum est autem
vt quicunque remanserit in domo tua
veniat vt oretur pro eo et offerat num
mum argenteum et tortam panis. di
catque dimitte me obsecro ad vnam par
tem sacerdotalem vt cōmedam buc
cellam panis hic est textus noster. Li
tera vero hebraica sicut habui a quo
dam perito conuerso de iudaismo re
uelante mihi hoc secretum hic habet
sic. Ego suscitabo mihi sacerdotem fi
delem sicut cor meum et voluntatem
meam faciet et venient ad adorandum
ei me in domo mea in calice argenti
et in placentula panis et dicent con-

iunge me nunc vni istorum sacerdotum ad cōmedendum hanc placentulam panis lr̄a hebraica vbi nos habemus nummum argenteum habet agorath que cesh quod sonat in calice argenti. Ex quibus manifeste patet non solū mutatio sacerdotū: ꝫ etiaʒ nouum sacrificiuʒ fiendi in calice argenti ⁊ torta panis que vt clare patet impleta sunt in aduentu xp̄i et suoꝝ sacerdotum de ista materia latius dicet̄ infra in .xxiiij. argumento. Ad quintū .s. si daretur terciū templuʒ que dies illud solemnizaret. Rn̄det iude⁹ ꝙ dies magis solemnis in illo templo erit sabbatum. Sed contra hoc est ysaias .c. vbi supra erit mensis ex mēse .s. solaris ex lunari ⁊ sabbatuʒ ex sabbato: quasi dicat dies dn̄icus ex sabbato ꝙ totū impletur in nostra ihr̄l'm eccl'ia militanti tēpore veri messie: non em̄ debebat manere festiuitas sabbati nec quecūꝗ alia iudeoꝝ. vn̄ ysa. p̄mo. Neomemia ⁊ sabbatū ⁊ festiuitates alias non feram iniqui sunt cetus vestri kalendas vr̄as et solēnitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta. Templum ergo et ihr̄l'm quod debuit edificari tēpore messie est sp̄uale scʒ ecclesia vel paradisus nō materiale quod impletum est in ih̄u nazareno. In confirmatione omniū p̄dictoꝝ scilicet ꝙ nō sit dandum terciū templū sicut legimus in cronicis imꝑatoꝝ ⁊ summoꝝ pōtificum. Julian⁹ apostata odio fidei xp̄iane p̄cepit iudeis vt templuʒ suū reedificarent: qui ex omnibus mundi ꝑtibus congregati opus facere incepert̄. sed ꝙ cum magno labore ⁊ per multa t̄pa fecerant subito corruit terre motu hec ibi. Iste iulianus suscitauit .xij. ꝑsecutionem xp̄ianoꝝ. Itē tempore martini pape p̄mi Humarus princeps sarracenoꝝ veniens ihr̄l'm vbi olim fuit templum iudeoꝝ qd̄ ꝑ tytū destructū fuerat diligenter iubet inquiri loco vero reperto ⁊ diligenter mundato cepit templū edificare ⁊ structura nō stabat imo repente corruebat: sciscitans ꝗꝫ cur hoc accideret ꝑ quosdaʒ iudeos reperit ꝙ nisi crux dn̄i que erat in mōte oliueti de medio tolleret̄ edificare nō possit quod factū fuit sublata em̄ cruce domini structura tenuit ⁊ humarus supra sepulcrū domini vnā eccl'iaʒ rotundam edificauit ꝓ eo ꝙ machometus dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m tanꝗ dei summum ꝓpham nō aūt tanꝗ deū adorari mandauit. Dicit em̄ i Alchorano ih̄m xp̄m veꝝ fuisse ꝓpham natum de virgine cōceptū de spiritu sancto ꝫ nō deū. Et si querat̄ cur cruce dn̄i existente in monte oliueti structura illa non stabat. Ratio esse potuit qꝛ non patiebatur de⁹ ibi templū fieri blasphemie p̄ciosa dn̄i cruce ibi existente in quo tēplo dū humarus sacrificaret a quodā persa interfectus est hec in collectura historiarum

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihesus non est verus messias: qꝛ in eius aduentu non est saluata iuda

Qintūdecimū argumentū iudeoꝝ ꝯ xp̄ʒ accipit̄ ꝑ illō Jere. xxiij. Ecce dies veniūt dic̄ dn̄s ⁊ suscitabo dauid germē iustū: translatio caldaica hʒ .i. messiā iustū seq̄t̄ i diebus ill' saluabit̄ iuda ⁊ isrl' h̄itabit cōfidēt̄ ⁊c̄. Sed nūꝗ tot miserie accidert̄ iudeis sicut post morteʒ ih̄u nazareni sic̄ ꝑʒ in destructōe ciuitatis ⁊ tēpli ergo non est ipe messias. Ad illud argumētū rn̄det̄ ꝙ illa ꝓphecia ē ipleta q̄ntū ad illos q̄ fuerūt veri filij isrl' ⁊ iuda q̄ saluati sūt sp̄ualit̄ non solū q̄ntuʒ ad aias ꝫ etiā corꝑalit̄ qꝛ vt dicit̄ in ecclesiastica historia imminēte destructione ciuitatis ꝑ tytum ⁊ vespasianū admo-

niti sunt fideles qui erant in iudea per angelum vt transirent in regnuз regis agrippe qui erat confederatus romanis in pace. Infideles aũt qui libierãt nõ credentes in xp̃m suã miseriam de suo pctõ meruerũt. Huic cõcordat responsio venerabil' mgri petri alfonsi i suo dialogo tit. ix. vbi dicit q̃ pmissio eis dumtaxat est facta q̃ credituri erãt de israel atq̃ iuda vñ ⁊ increduli nõ est cõpleta queãdmodũ pplo israel d̃ egipto educto quidã q₂ peccauerũt ⁊ a p̃ceptis dñi recesserũt terrã pmissionis nõ intrauerũt quã pmisit dñs moysi dicens descendi vt liberarẽ pplm meũ de manu egiptiorũ vt educerez de terra illa in terrã bonã ⁊ spaciosam ꝫ oẽs in desero mortui sunt. hec ille. Impleta ẽ ergo pphia nõ in infidelib⁹ qui non sunt pprie filij israel ⁊ iuda ꝫ in fidelibus. Fuit etiã impleta in domo scõa q₂ de ea loquit' pph̃a. vel p̃t dici q̃ illa saluatio ⁊ cõfidentia est de gloria celesti q₂ ibi habitant confidenter ⁊ sunt pfecte saluati.

xvi

Contendit iudeus probare q̃ iesus nõ ẽ ver⁹ messias quia non habuit filios neq̃ semen.

Sextũdecimũ argumentũ faciunt iudei ex illo Isa. liij. videbit semẽ longeuũ qđ intelligit' de messia. ⁊ in p̃s. ponã in seculũ sc'li semẽ eius. nũc aũt nõ legit' ih̃m nazarenũ habuisse filios nec semen ergo ip̃e nõ est messias. Ad istud argumentũ rñdet' q̃ ih̃s nazaren⁹ habuit filios ⁊ semẽ nõ corpale ꝫ spũale. ⁊ hoc sufficit ad verificandũ illã pphiam q₂ verus messias ih̃s descẽdit de semine spũali nõ corpali. quod patet q₂ pria pmissio facta de messia fuit facta abrahe Geñ. xv. In semine tuo inquit sibi dñs. bñdicentur oẽs gentes ⁊ subdit' quod sibi dixit dñs in ysaac vocabit' tibi semẽ et tamen constat q̃ ysaac concept⁹ est s̃m spiritũ nõ s̃m carnẽ sicut ysmahel vt dicit apl's ad Gal'. iiij. A fortiori igitur ⁊ multo magis xp̃s qui non ex virili semine sed mistico spiramie. quia ergo ver⁹ messias ih̃s fuit nat⁹ totaliter s̃m spiritum de virgine sine viro. sufficit sibi q̃ habeat filios spũales et glosa hebraica super illo in ysaac vocabit' tibi semen. Dicit hic notãter duo secula vnum legis aliud xp̃i et messie. in seculo legis fuerunt semen ⁊ filij carnales i seculo xp̃i spũales sicut ysaac s̃m spiritum natus est et de istis filijs loq̃tur dauid. p̃s. xliiij. qui ad literam etiã s̃m expositores iudeorum exponit' de rege messia in quo dicitur sic pro prĩbus tuis nati sunt tibi filij ⁊c̃. sicut em̃ ipse non debebat hereditare regnum a prẽ carnali sic nec debebat regnuз temporale dimittere filio carnali q̃ ostendit humilitatẽ ⁊ mundiciã ip̃ius ⁊ forte ratione istius fuit et est consuetudo inter xp̃ianos q̃ papa qui est vicarius christi non est heres regni sui patris nec dimittit hereditatẽ filio suo quia ipsum habere non potest.

xvii

Contendit iudeus probare q̃ ihesus non ẽ ver⁹ messias q₂ lux lune non ẽ fctã vt sol nec sol vt lux septem dierum.

Decimũseptimũ argumentũ iudeorum est de sole ⁊ luna qm̃ i diebus messie vtз Isa. xxx. erit lux lune sicut lux solis. ⁊ lux sol' erit septẽpliciter sicut lux septẽ dierum in die qua alligauerit dñs vuln⁹ ppli sui. Respõdetur s̃m peritum virum petrum alfonsi in dialogo titu. ix. q̃ non est gens i mũdo stolidior iudeis q̃ putant q̃ corpus vel lumen lune deus augeat siue solis Sol em̃ si quant⁹ nunc est maior esset dupliciter totum pfectũ ho[...]m cõbureret nedũ si septẽpliciter q̃ sit ⁊ lumen se

ptempliciter magis esset oculos nimi
rum nr̃os nimio splendore obtondere.
lumen etiã lune si splendori solis par
fieret nemo iam vltra quiesceret semꝑ
eñ dies esset. Per lunaris igr̃ lucis si
ue solaris augmentũ voluit ꝓpha itel
ligi fidem ⁊ glĩam in xp̄m credituroꝝ
ac si diceret fides illoꝝ ⁊ gloria multi
pliciter maior erit ⁊ perlucidior ꝙ̃ mo
dernoꝝ. ⁊ ꝙ nõ de luna vel sole isto vi
sibili. Sed de xp̄ianoꝝ credulitat' glo
ria ⁊ splendore ꝓpha loquatur in seq̃n
tibus testatur cũ subiungit nõ erit tibi
amplius sol ad lucendũ ꝑ die nec splẽ
dor lune illuminabit te ꝫ erit tibi dñs
in lucẽ sempiternã ⁊ deus tuus in glo
riam tuã. ⁊ nõ occidit vltra sol tuus ⁊ lu
na tua nõ minuet̃ qr dñs erit in lucem
sempiternam. Nam si de sole vel luna
ꝓprie diceret hoc quidẽ qd dicit ñ erit
tibi amplius sol ad lucendum per diẽ
nec splendor lune illumiabit te illi qd
supra dixerat contrariũ esset. erit. scili
cet lux lune sicut lux solis. ⁊ lux solis
erit septẽplicit̃. Patet ergo ꝙ de splẽ
dore et gloria fidei ꝓpha sancte ecclesie
hic loquitur quod ex consequentib' desi
gnatur cum subditur. sed erit tibi dñs
in lucem sempiternam ⁊ dñs deus tu
us in gloriam tuam. ac si diceret neq̃
ꝙ̃ vlterius luce credulitatis vestre h'
qui est similis solis istius transitorij vl'
lune indigebitis fulgoribus. Gloria
quippe lucis sue vos eternalit̃ illumi
nabit dñs. sed et quod sequitur. nõ oc
cidet vltra sol tuus et luna tua nõ mi
nuetur si hoc inq̃ ita vt est intelligere
tur. scilicet vt solis splendor ac lune
foret continuus non esset iam dies vel
nox mensis vel annus que oĩa sol' ⁊ lu
ne proueniunt vicissitudinib' ergo nõ
inmerito d luce et gloria fidei nr̃e q̃ nec
minuetur nec occidet spũaliter dictuꝫ
intelligimus. Hec ille. Nonus cõuer
sus bene locutus est. Vel aliter ẜm ni
colaum de lyra dicendum est ꝙ loqui
tur propheta de aduentu xp̄i ad iudi
cium tunc mutabuntur ⁊ innouabun
tur quodammodo corpora celestia. et
tunc saluabitur vulnus populi ⁊ pcẽs
sura plage eius qr destruetur mortali
tas per peccatũ primoꝝ parentũ idu
cta qr oẽs hoĩes resurgent ad vitã im
mortalem. vtraq; expositio videt̃ neces
saria vt pfectio glorie xp̄ianoꝝ ostẽda
tur. s. in pñti quo ad primã ⁊ in futuro
seculo quo ad secundam.

¶ Contẽdit iude' probare ꝙ ie
sus non ẽ ver' messias qr i eius
aduẽtu non ẽ sublatũ ceptrum
ab israel. xviij

Decimũoctauũ argumẽtũ iude
oꝝ est messias nõ ẽ vẽtur' quo
usq; sceptrũ isrl' sit ablatũ ꝫ nõ
dum est ablatũ sceptꝝ israel ergo non
dum venit messias. Maior ptꝫ Gen.
xlix. nõ auferet̃ sceptrũ de tribu iuda
⁊c. minor ꝓbatur ꝙ adhuc manet po
testas seu dominiũ iudicandi causas ⁊
determinãdi apud capita transmigrã
cium qui sunt in babilonia que locuꝫ
regis tenent sup totum ppl'm israheli
ticũ vt habet̃ a Rabimoyse egyptio li
bro de iudicib' in determiatõib' suis
de canhedrin. iiij. c. vbi sic dicit capita
transmigratõis que sunt in babilonia
locũ tenent et possunt dñari in hierl'm
⁊ vbiq; terrarũ ⁊ iudicare sup eos siue
velint siue nolint sicut scriptũ est. non
auferet̃ sceptrũ de iuda. per istud eñ
sceptrũ intelligũtur capita transmigra
tionis q̃ sunt in babilonia. hec ille. Re
spondet̃ ꝙ minor huius argumenti. s.
ꝙ sceptrũ israel nondũ est ablatũ non
solũ est manifeste falsa ẜm euidentias
facti sed est etiã notorie ficta seu mẽdo
sa: ⁊ ꝑ ꝯñs contra ꝓpheticã veritatẽ. vt
notat mgr̃ paul' in suo dialogo di. iij.
c. ij. Primũ patet ex hoc. Nam bab'

Sceptrum babilonia

lonia in qua asserunt iudei esse capita
transmigranciũ habentiũ tales ptātes
et dñia sup totũ ppl'm iudaicũ manife
stum est ꝙ iam a magnis tpibus citra
est destructa ꝛ inhabitabilis reddita ꝛ
hoc fuit ꝓphetatũ de ea Jsa.xiij.c. vbi
sic habetur. Et erit babilō illa ciuitas
gloriosa in regnis. inclita in superbia
caldeoꝝ. sicut subuertit dñs zodomā ꝛ
gomorrā. nō habitabit vsqꝫ in finem et
nō fundabit vsqꝫ in generatōe ꝛ genera
tionē. constat ꝙ in terra inhitabilit de
structa null⁹ cōmorat ꝛ multo min⁹ est
credibile ꝙ sūt ibi talia capita. Est eti
am notoriũ inter iudeos ꝙ a magnis
tpibus retroactis nunꝗ̄ in ptib⁹ babi
lonis. nec aliqđ iudiciũ nec detmiatō
nec solũ rumor aliquis de illis ptibus
ad istas ptes europe venit. Vñ noto
riũ est ſm euidentiam facti ꝙ nō sunt
ibi iudei dñantes super totaz isrl' sicut
asserunt iudei. Secunduz aũt. s. ꝙ mi
nor illa sit ficta seu mendosa patz ex ħ
nam ſm predictũ rabimoysen ꝛ cōiter
ſm oēs doctores iudeoꝝ extra terram
ꝓmissionis nō pt nec licet nec aliqñ li
cuit alicui iudeo iudicare iudicia cri-
minalia. de quibus. s. est mutilatō mē
bri humani aut occisio. Constat autez
ꝙ qui non habet iurisditionem in tali
bus nō potest iudicare nec capitaliter
punire blasphemũ vel ydolatrā. homi
cidam adulterum nec alium quēcūqꝫ
incurrentem talia crimina que grauis
sima sunt ſm legem mosaycam. Et sic
exceptis illis ꝛ similibus cetera sūt le-
uia. Ex quo sequitur ꝙ illa capita trās-
migrationum que iudei dicunt esse in
babilonia non possūt iudicare de gra
uibus seu capitalibus criminibus cuz
sint extra terram promissionis sed tm̄
de leuibus et paruis quoruz respectu
non possunt dici habere sceptrum nec
potestatem regalem prout dicunt iu-
dei, nec possunt dici ꝙ teneant sceptruz
seu locũ regis sed tales essent sicut iu-
dices inferiores habentes modicā po
testatez. Manifestum ergo est ꝙ rabi-
moyses ꝛ aliȷ̄ rabini qui asserunt ꝙ in
babilone sunt capita transmigratōnũ
habentia potestatem regiam super to
tum populũ iudaicũ manifeste men-
ciuntur cũ illud asserunt quod est con
tra mentē suā omnes eñ concorditer
tenent ꝙ extra terrā ꝓmissionis nulli
iudeoꝝ pertinet talis potestas. Est eti
am scđo p̄dicta minor contra ꝓpheti-
cam veritatē. legit eñ Osee. iij. ca. sic.
Dies multos sedebunt filiȷ̄ israel sine
rege ꝛ sine principe ꝛ sine sacrificio et
sine altari. quequidē auctoritas tā ſm
expositores iudeoꝝ ꝗ̄ nostros intelli
gitur de statu iudeoꝝ ꝛ captiuitate ho
dierna. Et sic patet ꝙ asserere iudeos
habere in babilonia vel alibi tempore
huius captiuitatis principem vl' regē
seu aliquod hmōi est contra ipsam eui
dentiam rei ficticium et mendosuz ac
contra propheticam veritatem.

Iudei sine regē

¶ Contēdit iudeus probare ꝙ
iesus nō ē ver⁹ messias q2 non
venit in tpe quo fuit sceptrũ ab
israel sublatum. xix

Decimũnonum argumentũ iu-
deoꝝ est si ihs nazaren⁹ fuisset
verus messias debuisset venire
tpe q̄ fuit ablatũ sceptꝝ iuda ꝫ nō vēit
i illo tpe ergo ñ ē ipe messias. Maior
pꝫ ex auctē allegata s̄. Mior ꝓbat q2
si sceptꝝ iuda fuit ablatũ ħ fuit p̄ p ma
chabeos q̄ nō erāt đ tribu iuda ꝫ đ tri
bu leui. Erāt ei sacerdotes ꝛ totũ pplꝫ
gubnabāt illi i tēplo scđo qđ fuit p tri
centos annos ꝛ vltra añ aduentũ ihu
nazareni vtꝫ i historiȷ̄s Josephi ꝛ aliȷ̄s
Cũ igr̄ ihs nazaren⁹ nat⁹ sit tpe hero-
dis regis q̄ machabeis successit in re-
gno iudeoꝝ ꝯstat ꝙ nō venit i tpe p̄nũ
ciato p patriarcham. nā longe añ tem

2 herodes ascalonita

pũs herodis in quo tpe xp̃s natus est
iam erit ablatũ sceptrũ de iuda vt dcm̃
ẽ trãsierat i machabeis q̃ erãt trib⁹ alte
ri⁹. Hic daẽ duplex rñsio. Pria ẽ q̃ lz
machabei fuerũt sacerdotes ꝛ p ꝯñs ð
tribu leui. tñ ẜm lineã maternã erãt de
tribu iuda. Et iõ p gubernatõz eoꝝ nõ
erat ablatum sceptrũ de iuda. tñ quia
hoc non posset clare probari. Ideo ad
argumẽtu concessa maiore. Rñdetur
ad minorem ẜm alios plani⁹. Ad qð
sciendũ vt hr̃ Num. xi. c. tpe moysi de
mandato dei fuerũt congregati. lxx. se
niores israel vt essent coadiutores i re
gimine ppl̃i cũ ipo moyse. ꝛ extũc ẜm
oẽs doctores iudeoꝝ sp fuit in iudais-
mo collegiũ seu consistoriũ qð diceba
tur cãhedri ad qð oẽs difficultates seu
dubia fidei ꝛ legis ꝑueniebant ꝛ simlr
oia magna ꝛ summa iudicia seu cõtro
uersia de quib⁹ intelligiẽ cõiter illud
Deutro. xvij. Si difficile ꝛ ambiguuz
apud te iudiciũ esse ꝑspexeris inẽ san-
guinẽ ꝛ sanguinẽ crimen ꝛ crimẽ ꝛc. ꝛ i
fra surge ꝛ ascẽde ad locũ quem elegit
dñs ꝛ seq̃ris sniam eoꝝ nec declinabis
ad dexterã vel ad sinistrã. qui q̃dẽ can
hedrin a tpe dauid ꝛc. citra residebant
principaliter sub regibus ꝛ ducib⁹ iu-
de in iherusalem. ꝛ postea in babiloni
ca captiuitate. Dum ibi essent reges vł
duces de iuda. conseq̃nter in reditu di
cte captiuitatis residebunt in iherusa
lem sub ducibus de tribu iuda dum es
sent ꝛ durabat ptãs eoꝝ etiã nõ existẽ
te rege vel duce de iuda ꝓut ptãs ali-
cui⁹ capl̃i vacante sede durat. ꝛ sic au
ctoritas ꝛ ptãs canhedri durauit etiaz
tpe machabeoꝝ ꝛ vsq ad. xl. annos añ
destructionẽ tẽpli scdi in quo tpe cessa
uit ex toto eoꝝ ptãs seu iurisditõ eo q̃
tunc tpis interfecit herodes omnes ra
binos seu mgrõs illi⁹ collegij ꝓut hr̃ i
libro canhedrin ierosolimitano in. c.
de iudicijs pecuniaꝝ. Itẽ hr̃ in libro
abundasar. c. pmo. vñ ꝓtunc ꝓprie fu
it ablatũ ñ solũ sceptrũ de iuda ẜ etiã
scriba de filijs ei⁹. quod quidem tẽp⁹
concurrit cũ tpe passionis ihu xp̃i dñi
nr̃i. qui ẜm oẽs p. xlij. annos ante de-
structionẽ templi secundi fuit passus
sicut regnũ herodis q̃ fuit alienigena
in cui⁹ tpe titul⁹ regius a toto genere
iudeoꝝ fuit ablatũ fuit valde ꝓpinquũ
tempori natiuitatis xp̃i ihu. Ex q̃bus
patet q̃ tpe herodis vt dcm̃ est in quo
tpe verus messias venit ex toto sceptꝝ
iuda fuit ablatũ ꝛ ꝓphetia adimpleta
Et si forte dicat iudeus q̃ in p̃dicta re
sponsione videnẽ assignare duo tẽpo-
ra. s. qñ ablatũ fuit sceptrũ iuda hero-
de regnante qui alienigena erat. Et tẽ
pus qñ ablatus fuit dux seu scriba de
filijs eius quod vt dictũ est fuit imple
tum quando herodes occidit rabinos
seu mgrõs legis qui dicebantur cãhe
drin qui non videntur fundare in ali-
qua auctoritate autentica. nec concor
dare verb patriarche supradicti iacob
cum ipe non assignauerit duo tempo
ra. sed tantum vnum dicens donec ve
niat qui mittendus est. scilicet messias
ẜm quod dicũt christiani et scðm trãs
lationem caldaicam. Respondeẽ ẜm
historias thalmudicas quas iudei te
nentur tanq̃ autẽticas habere duo fu
erunt ablata de tribu iuda in diuersis
temporibus licet non multum ab inui
cem remotis. vnum est sceptruz regni
quia herodes ascalonita cum esset nõ
solum alienigena. sed etiam seruus de
domo machabeorum et de fcõ regnas
set in iudea et in hierusalem. Idcirco
timens q̃ cum regnum ei non compe
teret de iure eo q̃ legitur Deutro. xvij
capitulo. de medio fratrum tuoruz po
nes super te regem nec poteris pone-
re super te alienigenam. possit pro tẽ
pore aliquis consurgere de stirpe da-
uid et eum de regno expellere. Ideo

interfecit omnes quos potuit habere
de genere regio in qua occisione abla-
tum fuit sceptrum de iuda presertim
ſm estimationem populi cõem. ⁊ ipi⁹
herodis qui credebat nulluz de stirpe
regia in iudea remãsisse. Sed sceptro
ablato mõ ꝑdicto adhuc remanebant
canchedrin q̄ dicunt̄ doctores seu scri
be q̇ residebant sub herode sicut alias
residebãt sub regibus seu ducib⁹ israe
liticis. sed postea fuerũt ab herode in-
terfecti cãchedrini oẽs. ⁊ tũc ꝓprie fuit
ablatus scriba de filijs iuda que omĩa
supradicta in libro qui dicit̄ babacra.
ca. j. ⁊ in libro canchedrin hierosolimi
tano ⁊ in libro abodasera sup allegato
habent̄. Patriarcha igit̄ iacob spiritu
dei ista ꝑcognoscens ꝓprie ꝑdixit. non
auferet̄ sceptrũ de iuda i hoc assignãs
primã ablatõez ꝑdictã ad titulũ regiũ
ꝑtinentẽ. Cõsequenter dixit ⁊ scriba d̓
filijs eius in hoc ꝑsignans scd̓am ab-
latõem canchedrin ꝑdictã. Que q̇dez
duo in diversis tꝑibus cõtigerũt ab he-
herode seu herodianis. Et attendẽduz
ꝙ d̓ prima ablatõe sumus certificati ꝑ
historias thalmudicas ꝑallegatas ñ tñ
de tꝑe quo cõtingit ꝑ eas certificamur
Per historias aũt nr̃as. s. euãgelicas
certificamur nõ solũ de occisione ſ3 eti
am de ipius tꝑe. Tradunt. n. herodez
occidisse quoscunqȝ potuit in bethleẽ.
a bymatu. ⁊ infra. ⁊ hoc cũ natus esset
iesus in bethleẽ iuda Math. ij. De se-
cunda ṽo occisione. s. canhedrini ⁊ de
tꝑe quo contigit sumus certificati ꝑ hi
storias in libris ꝑallegatis. quod fuit
per. xl. annos ante destructõnem tem-
pli secundi. Et sic patz ex predictis ꝙ
non fuit ablatum sceptrum de iuda ꝑ
herodez. nec dux seu scriba de filijs ei⁹
modo ꝑdicto donec venit messias. vt
ꝑdictum est. hec ex predicto dialogo
magistri pauli vbi supra.

Innocentius

Contendit iudeus probare
q̄ iesus non est verus messias
quia in eius aduẽtu non venit
in nubibus celi.

Vicesimũ argumentũ iudeorũ
est acceptuz ex illo qd̓ hr̃ Dañ.
vij. aspiciebã in visu noctis ⁊ ec
ce in nubibus celi quasi filius hoĩs ve
niebat ⁊c. Et ſm oẽs doctores catholi
cos loquit̄ ibi de aduentu xp̃i. ſ3 iesus
nazarenus nõ venit in nubibus nec in
tali potestate qualis ibi describit̄. ergo
nõ fuit xp̃c. Rñdet hic Nicolaus d̓ ly
ra ꝙ scriptura loquitur de duplici ad-
uentu xp̃i. s. in mundũ ⁊ ad iudicium
Primus aduentus xp̃i describit̄ cum
humilitate. ⁊ secundus cuz maiestate.
Daniel aũt loquit̄ de secũdo aduentu
Vnde ibidẽ dicit̄. Aspiciebam donec
throni positi sunt. ⁊ sequit̄ ibidem iu-
dicium sedit ⁊ libri aꝑti sunt. Iudei ãt
excecati nesciunt hunc duplicẽ aduen-
tũ distinguere. ⁊ ideo errant mĺtiplici-
ter. quia aliqui expectãt xp̃m in aduẽ-
tu suo statim apparere in tanta virtu-
te ⁊ potestate ꝙ possit sibi omnia ter-
rena subijcere ⁊ eos liberare ⁊ regnuz
suũ restituere. ꝓpter qd̓ ⁊ discipuli xp̃i
post eius resurrectõem querebãt Act.
j. ca. Dñe si in tꝑe hoc restitues regnũ
israel ⁊c. Alij aũt ꝓpter scripturas que
manifeste loquũt̄ de xp̃i humilitate et
passione. ⁊ ꝓpter illa q̄ loquunt̄ d̓ eius
eminentia expectant duos Messias.
vnũ qui dicit̄ filius ioseph ⁊ iste passu-
rus est ⁊ occidendus. Alius qui dicit̄
filius dauid qui messiam filiuz ioseph
resuscitabit ⁊ regnũ israel restaurabit.
Sed illud dictũ de scripturis non ha-
bet auctoritatẽ. licet. n. plures dicti sũt
messie siue vncti qd̓ idem est ꝑticipati-
ue. vt dauid ⁊ saul ⁊ alij ꝑdicti. nullus
tñ dicit̄ in scriptura venturus ad salu-
tem ppl̓i nisi vnus. Item istud dictuz

Dux messias

p quanto habet apparentiam imple-
tum est in xpo qui fuit filius Joseph
putatiuus et sic vocatus. vt ptz in euā-
gelio. Est etiam filius dauid fm carnē
sicut patet ex pdictis.

Contēdit iudeus probare q iesus non est verus messias qr adhuc manet regnū romanoꝝ

Vicesimūprimū argumentū iu-
deoꝝ cōtra xpm sumit ex quar-
to regno qd nominauit dan. in
ca. vij. Sup quo sicut dicit mgr alfon
sus cōuersus i libro belloꝝ. ti. xiij. Ali
qui glosatores iudeoꝝ dixerūt q illō
quartū regnū est regnuz romanoꝝ. ex
quo arguūt q adhuc nō venit messias
qr vident regnū romanoꝝ stabile et ipi
vocant xpianos romanos ex nomine
ciuitatis romane que caput est regni
sui. ibi est sedes pape et caput eccie. Et
tenent iudei q rex messias habebat ve
nire in fine regni xpi. cuius regnū sem
piternū erit. vt ptz. c. eodē. et qr credūt
q gens romanoꝝ est gens edom. et q
Julius cesar fuit de edom. et sic alij oēs
reges qui fuerunt post eum in roma.
Jungunt etiā eum hoc pphetiam hie-
mie Treñ. iiij. gaude et letare filia edō
que habitas in terra hus. ad te quoqz
pueniet calix. inebriaberis atqz nuda-
beris cōpleta est iniquitas tua filia syō
non addet vltra vt transmigret te. Ex
oibus his inferūt iudei q nō debebāt
redimi completa receptōe. postqz scilz
nulla captiuitas sequeret quousqz fie-
ret cōtritio et destructio illoꝝ d edom
quos ipi dicunt esse romanos qui ser-
uant legem iesu nazareni. Et sup pdi-
cta aucte Hieremie dicit rabi salomō
q ibi Hieremias pphetat destructōez
romani imperij eo q destruxit teplū
et captiuauit populū iudeoꝝ tempe ty
ti et vespasiani. et sic per filiam edom īn
telligunt romani seu populū romanū
cum dicitur. gaude et letare filia edom
quasi dicat istud gaudiū quod habui-
sti in destructōne ciuitatis et templi in
tristiciam conuertet. quia ad te veniet
calix vindicte diuine. Quia ergo non
duz est destructum romanū imperiū
ideo dicunt q nondum messias venit
et istud argumētū est inter cetera in q
magis se firmant iudei expectantes q-
tidie destructōez romani imperij. quo
facto dicunt statim messiam venire. et
ideo quotidie orant p destructōne ro-
mani imperij. et psertim p destructiōe
eccie xpi et discipuloꝝ eius. vt ptz per
quandā orōnem que quotidie ab eis
dicit in suis synagogis. in qua int que
dam alia expsse dicitur. Omnes here-
tici subito pereant. que verba rabi salo
mon et rabi moysen et ceteri sic expo-
nunt. Isti heretici sunt discipuli naza
reni. Ad istud argumentū responde
tur fm pdictum mgrm alfonsum eo-
dem libro et titulo. Primo declarādo
falsum esse romā. siue populum roma
num esse filiam edom p eo q regnaue
rit super eos homo qui fuit de edom.
sicut ipimet iudei non vocantur roma
ni nec edomite ex eo q regnauit super
eos herodes qui fuit de gente edom et
de terra rome. Item qr edom alio no-
mine dictus est Esau Geñ. xxv. et sic
edom descendit de sem filio noe p ysa-
ac. cuius filius fuit esau. Tota. n. euro
pa i qua est roma dicit populata fuis-
se a filijs iaphet. ppter quod non vide
tur rōnabiliter dictuz q p edom signi
ficetur romanū imperiū. Sepe em ac
cidit q diuersa loca eodē nomine no-
minant propter quod multi decipiūt
exponentes de vno quod de alio intel
ligitur. verbi gratia. certum est q terra
edom fuit ad ptem meridionalez ver-
sus mare andalusie per quam filij isrl
transeuntes per desertum cum exiert

de egypto venerunt: ꝛ in eadem terra edom fuit mons synai ꝛ mons hoꝛ vbi vbi moꝛtuus est aaron. ꝛ ibidem erat francia quam dicũt iudei in hebꝛaico carphat que nomiatur in terra edom in prophetia abdie vbi dicit transmigratio exercitus huiꝰ filioꝝ israhel oia loca chananeoꝝ vsqꝫ ad sareptam. lr̃a hebꝛaica habet vsqꝫ carphat in qua stetit helias qñ dixit sibi dñs. surge ꝛ vade in carphat que est in sydone. ꝛ iterũ surrexit ꝛ iuit in carphat. Et ptꝫ manifeste ꝙ per hoc qd̕ dicit carphat que ē in sydone in terra d̕ edom datur intelligi ꝙ est alia carphat alibi sita. ꝛ ista ē regnum francie quod est ad aquilonē ecce ergo habemus vnam franciaꝫ in terra edom. Item hyspania que dicit in hebꝛaico capharat. ꝛ de qua dicitur abdie in ca. eodem infra transmigratõ ir̃lm que est in buffoꝛo lr̃a hebꝛaica dicit capharat. erat etiam ꝓpe illam franciam que dicebat carphat. que erat in sydone in terra edom in qua hyspania siue capharat moꝛtuus fuit antipas filius herodis in vinculis tyberij cesarꝭ ſm ꝙ dicit Josephus. ꝛ sic vocauerũt aliqui sapientes hyspaniã terre edom in quo dederunt intelligi ꝙ nõ est illa hyspania que vocat in pr̃e andalusia ꝛ que ꝓpinqua alteri francie que ē ad ꝑtem septentrionis que non est de terra edom. Inuenitur. n. scriptuꝫ in libꝛis erarũ egyptioꝝ ꝙ terra andalusie fuit vocata hyspanie nomine pꝛimi regis: qui habuit hoc nomen hyspan. qꝛ venit de hyspania que est in terra edom. Sic etiam dicendũ est de roma que in hebꝛaico dicit bosra que ē terra edom ſm illud Esa. lxiij. Quis est iste q̃ venit de edom tinctis vestibus de bosra est vltra mare ꝓpe terram israel. Et dicitur in libꝛo Soꝛobabel ꝙ bosra erat magna ciuitas niniue. ꝛ sic non ē ista roma in qua est apostolicus. qꝛ illa roma que in terra edom iam fuit deserta quando fuit destructa babilonia. quia edom ꝛ moab ꝛ ammon ꝛ multe alie gentes venerunt cum rege babylonie ad destruendũ israel. ꝛ ideo receperũt penam cum eo. Dico ergo rñdendo sicut dixit Nicolaus de lyra ꝙ ꝑ filiam edõ intelligit ipa ydumea ab ipo esau ꝓut dictus est edom denomiata. ꝛ inuehit hic specialiter ꝓpheta cõtra ydumeos qui debuerant diligere filios israel eo ꝙ descendebant a duobus fratribus vterinis. s. Jacob ꝛ Esau. ꝛ ipsi magis ecõuerso habuerunt eos odio: ꝛ in destructione ir̃lm fuerunt cũ chaldeis vt dictũ est gaudentes de illa destructione. Ideo dr̃ in auctoꝛitate gaude ꝛ letare filia edom. quasi dicat. ista leticia tanqꝫ iniusta in tristiciã conuertet que habitas in terra hus. ista hus non est illa de qua natus fuit Job. vt habetur Job. j. sed illa eiusdem nominis existens in regno ydumee. qꝛ sicut dictum est frequenter in scriptura reperitur ꝙ due ciuitates ꝛ loca in diuersis posita eodē nomine equiuoce nominantur. Judei moderni dicunt ꝙ inuenerunt in quadam glosa chaldaica ꝙ grecia est terra hus. Constantinopolis vo filia edom. ꝛ quia predicta ciuitas est capta a turcis. Dicunt ꝙ iam est completa iniquitas filie syon. ꝛ sic nunc expectant messiam venturum. Istud etiam est falsuꝫ. s. ꝙ hus sit grecia. ꝛ consequenter alia quod ꝓbatur sic. quia vt scribitur Gen. ij. nunciatũ est abꝛaam ꝙ Melcha filios genuisset nachoꝛ fratri suo hus pꝛimogenitũ et buꝫ fratrem eius channelqꝫ patreꝫ syroꝛum. ꝛ sunt tres ꝓuincie coniuncte denominate ab istis tribus fratribus. Caput terre hus fuit reblata q̃ postea fuit vocata antiochia. ꝛ iste ꝓuicie sũt remote a grecia vltra. xxv. dietas. ꝛ sic ꝯñr ptꝫ ꝙ grecia nõ est hus. Itē caput

grecie est constantinopolis. ꝛ iudei in
suo hebraico vocant greciā yenā. ꝛ sic
non possunt dicere ꝙ yenam est terra
hus ſm ꝙ declarant pdictā ꝓphetiam
ꝛ sic patet manifeste falsum cuꝫ dicūt
ꝙ ꝯstantinopolis ciuitas est terra hus
ꝛ discurrentes per deuia queqꝫ retor-
quentes textus scripturaruꝫ facti ceci
dixerunt terminū signatū adimpletio
nis huius ꝓphetie i anno dñi. M.cccc
lviij. qui est ſm eos a creatōe mūdi qn-
qꝫ milia ducenti decē ꝛ octo. Vñ dixit
rabi abraā filius rabi hya qui habita-
bat barchinone declarando in quodā
libro quem fecit qui vocat̄ meglina a
megala qđ interpretat̄ lr̄a discooperta
ꝙ messias debebat venire anno a crea-
tione mundi quinqꝫ milia centū decē
ꝛ octo. quē numerū ipi ponūt in com
puto lr̄arū sui abcdarij. numerādo. qꝛ
ꝛ cū venit pdictū tp̄s inuenerūt falsuꝫ
dictum illius. Et iō dicūt moderni iu-
dei ꝙ ille errauit. qꝛ vbi posuit quia de
buit ponere ria que facit in nūero du-
centa decē ꝛ octo. qꝛ. q. vl' cof qđ idē ē i
suo alphabeto fac̄ cētū. ꝛ ria qđ idē est
ꝙ r. vl' res facit ducētos. ꝛ cū iste sit an
nus vt dictū est ſm cōputū eoꝝ a crea
tione mūdi qnqꝫ milia ducenti decē ꝛ
octo. Iō affirmabant venturū eē mes-
siam anno pdicto. qđ patuit ꝛ ptꝫ esse
falsum. Vnde bene dixit de eis dauid
In circuitu impij ambulant sicut be-
stie molendini oculis velamine coop-
tis. que nihil aliud inueniūt de sero qñ
cessant ambulare in pfectu vie qͣ qñ in
ceperūt. ptꝫ ḡ falsitas illius expositio-
nis ꝙ grecia sit terra hus ꝛ ꝯstantino-
polis filia edom. Sed ſm veritatē. vt
dcm̄ est filia edom ꝛ regnū ydumee ab
eodē denominatū. ꝛ hus est ciuitas in
eodē regno qđ regnū dicit̄ habitare in
terra hus. qꝛ illa terra est famosa in re-
gno illo cuius metropolis siue caput
erat reblata. s. antiochia. Sꝫ dicet hic
forte iude⁹ ex quo filia edom est regnū
ydumee. ꝛ tu xp̄iane dicis ꝙ ista ꝓphe
tia est cōpleta. qñ ergo fuit cōpleta in-
ebriata ꝛ nudata. Rn̄sio ꝙ illa ꝓphetia
īpleta fuit tp̄e regis hircani q̄ fuit po-
tentior rex machabeoꝝ. qꝛ tūc fuit de-
structa tota terra ydumee ꝛ eduxit. xxx
milia illoꝝ quasi captiuos q̄ custodi-
rent muros irl'm. Et dicit iosephus ꝙ
in illa die facta fuit magna leticia. qꝛ. s.
fuit destructa ꝛ punita tota terra ydu-
mei. Et dicit hic rabi vsua fili⁹ leui glo
sando sup hoc passu ꝙ illa die fuit fctā
maior leticia in templo qͣ vnqꝫ fuerit
facta. Dicendo ꝙ bethsean terra sua ꝛ
oēs alie terre ydumee q̄ nō fuerāt sub
iugate subiectōi tp̄e iosue nec alioꝝ iu
dicū. nec in tp̄e regū israel ꝛ iude fuerūt
victi ꝛ captiuati tp̄e h⁹ regis hirchani.
ꝛ dicit ꝙ in illa die cōpleta fuit ꝓphia
abdie ꝓphete vbi dr̄. ascēderūt saluato
res in montē syon iudicare mōtē esau
ꝛ erit dño regnū. Et dicit etiā iosepp⁹
ꝙ illi de edom filij esau cōuersi sūt ad
iudaismū tp̄e pdicti regis hirchani. et
fuerūt circūcisi ꝛ nō recesserūt ab eis
tp̄e tyti ꝛ vespasiani. sꝫ ꝙ sp̄ māserūt iu
dei deinceps. Et iō fuit remēoratū pec
catū iudeoꝝ filioꝝ esau. ꝛ ceciderūt in
captiuitatē qñ fuit ꝯpleta iniqtas filio
rū iuda q̄ pmanserūt iusti in aduentu
messie iesu nazareni ſm ꝙ ꝓphetauit
Hieremias vbi supra dicens. Cōple-
ta est iniqtas tua filia syon. nō addet vl
tra vt transmigret te visitabit iniqtatē
tuā filia edom. ꝛ nō inuenit̄ gens ma-
licie que sit in ira dei tanto tēpe. ſm ꝙ
dictū fuit de edom. nisi iudei propter
quos fuit dictū ꝙ sp̄ deberent eē in ira
dei. Et iō ꝯiūxit deus has duas gētes
scꝫ edom ꝯuersoꝝ ꝛ iudeoꝝ q̄ debebāt
perdi ꝛ semp esse in ira dei. sicut dixit
Hiere. in ca. vj. Cadent inter corruen-
tes tp̄e visitatōis sue corruent dicͭ dñs
ꝛ fuit pdita mēoria nois edom. ꝛ man

sit memoria nominis iudeoꝝ. qꝛ illi ꝺ
edom conuersi fuerunt ad legē iudeo
rum. ⁊ qꝛ inuenimus edom bis puni-
tum esse. primo in tꝑe nabuchodono-
soꝛ ante ꝓphetiam malachie. Secūdo
post ꝓphetiam malachie tꝑe regis hir
cani. De pꝛima fuit dictū Malachie. j.
ꝙ si dixerit ydumea destructi sumus.
sed reuertētes edificabimus que sunt
destructa. hec dixit dn̄s exercituū. isti
edificabunt ⁊ ego destruā qꝛ dixit in-
structi sumus sicut si esset iam ꝑterita
illa punitio quā pꝛimo habuerūt tēpe
nabuchodonosoꝛ ſm ꝙ dicit etiā cap.
eodē. Esau āt odio habui ⁊ posui seyr
montes eius in solitudinē. ⁊ ꝓpter eū
etiam dixit in ꝓphetia abdie legatū ad
gentes misit: surgite ⁊ cōsurgamꝰ ad-
uersus eum in ꝑlium qꝺ dixit de futu
ro ꝓpter secundā punitōem quā debe
bant habere tꝑe hircani regis. ⁊ ꝓpter
ipm dixit in ꝓphetia abdie. ⁊ erit dn̄s
iacob ignis ⁊ domus. Joseph flāma ⁊
domus esau stipula ⁊ succendet in eis
⁊ deuoꝛabunt eos. ꝓpter qꝺ intelligit
ꝙ nō debebant illi ꝺ edom habere de-
structōem terciam. quia in secunda de
bebant esse in ira dei imꝑpetuū cum
alijs iudeis consocijs eoꝝ qui sil' ꝑmā
serunt tꝑe titi. Et dato ꝙ adhuc regnū
romanoꝝ esset ꝺ nūero illoꝝ quatuoꝛ
regnoꝝ ꝺ quibus dicit in libꝛo daniel'
vt in argumēto fuit dictū. ⁊ ꝙ romani
essent regnū edom. qꝛ regnauit super
ipos romanos hō q̇ fuit de terra edō.
nō sequit ꝙ ex hoc ꝑ vim hꝫ dici ꝙ qꝛ
adhuc illud regnū est stabile sicut co-
gitant iudei ꝙ ꝓpterea adhuc debꝫ ve-
nire rex messias. qꝛ nō fuit intentio ꝓ-
phetarū in destructōe regni babyolo-
nie que fuit dicta in ꝓphetia danielis ⁊
in ꝓphetia hieremie ꝙ post septuagin-
ta annos captiuitatis iuda nunꝗ̄ am-
plius essꝫ homo qui regnaret super re
gnū cazdym. ⁊ suꝑ ciuitatē babylonie
⁊ terram circa iacentē. qꝛ ille ciuitates
⁊ terre sue in suis locis ꝑmanserunt. et
si alique ville illarū fuerunt destructe
non tamen omnes fuerunt deserte. ⁊
adhuc ille que fuerūt deserte ꝓ maio-
ri ꝑte omnes fuerunt populate. Sꝫ in
tentio ꝓphetarū fuit ꝙ non esset vltra
suꝑ cazdyn ⁊ suꝑ babylonē nec suꝑ su-
am terram aliquis rex qui esset de ge-
nere nabuchodonosoꝛ nec de gēte sua
Item in tēꝑe futuro regni medie erat
intentio ꝓphete ꝙ non esset vltra rex q̇
esset de genere darij nec de gente sua.
Item in tꝑe quo fuit postea regnum
persie erat intentio ꝓphete ꝙ non esset
amplius rex de genere tyri nec de gen
te sua. Item in temꝑe in quo habebat
esse regnū Janam. i. grecie erat inten-
tio ꝓphete ꝙ non esset vltra rex de ge-
nere alexandri nec de gente sua. ⁊ simi
li modo temꝑe quo in futurū deberet
esse regnū romanoꝝ ſm ꝙ ipi dicunt
deberet esse intentio ꝓphete ꝙ non ha-
beret ibi amplius esse rex de genere iu
lij cesaris pꝛimi. ⁊ Gay ⁊ Titi. nec alio
rū qui crediderūt in eoꝝ fidē. Ex quo
ergo reges romanoꝝ non credunt mō
in fide Julij cesaris Gay nec Titi. q̇a
ipi seruiebant idolis. ⁊ etiam qꝛ Con-
stantinus cesar dimisit regnū romano
rum seruis Jesu nazareni. ⁊ apostoli-
cus qui est dominus rome nō fuit vo-
catus deinde cesar nec venit ꝺ genere
cesaris. opoꝛtet necessario dicere ꝙ iā
transierunt omnia illa regna dicta in
libꝛo danielis excepto regno iesu na-
zareni veri messie quod firmissime du
rat ⁊ habet durare sine fine. Erȳ ō opꝫ
dicere necessario ꝙ iam venit rex mes-
sias q̇ venturus erat tempoꝛe illoꝝ
regum. ⁊ ꝙ iam receperunt iusti trans
migratōem ⁊ tribulatōē quam debe-
bant recipere quando finita essent illa
quatuoꝛ regna. ſm ꝙ dicit Dan̄. xi. po
pulus aūt sciens deum suum obtine-

bit. ꝛ faciet ꝛ docti in populo docebūt plurimos ꝛ ruent in gladio ꝛ in flāma ꝛ in captiuitate ꝛ i rapina dieꝝ. Seqꝛ ꝛ de eruditis ruent vt cōflent ꝛ eligāt ꝛ dealbent vsq ad tps pfinitū. receperūt etiā mali ꝛ peccatores de isrl finē captiuitatꝭ ppetue. sicut dicit Dan. vij vsq ad cōsūmatōem ꝛ finē durabit desolatio. ꝛ iterū. c. eodē ante ciuitatem ꝛ sanctuariū dissipabit ppls cū duce vēturo. ꝛ finis erit vastitas. ꝛ post finem belli statua desolatio. ꝛ hoc est qd debat esse in aduentu messie. s. q finē acciperet peccatū ꝛ deleret iniquitas. et adduceret iusticia sempiterna. ꝛ sic vngeret sanctussanctoꝝ. vt pꝫ in. c. eodē clarissime. ergo pꝫ sicut sol lucet ex oībus istis pdictis falsam eē expositōē iudeoꝝ in pphetia. Hiere. supradicta. ꝛ in pphetia abdie. quibus se fundant multū iudei expectantes destructōem imperij romanoꝝ. ꝛ tūc aduentū messie ꝛ quod etiā falsum ē q xpiani descēdunt d edom. sed q ipsimet iudei sunt illi de edom qui fuerūt cōuersi. ꝛ ipsi q mali sunt ꝛ peccatores simul cum eis receperunt punitōem ppetuā in qua nunc sunt ꝛ erunt vsq ad finē. ꝛ q xpiani sunt filij syon ꝛ boni iudei qui cōuersi sunt ad xpm in qbus completa fuit iniquitas. i. in qbus iā cessauit peccatū ꝛ captiuitas. ꝛ in ppetuū erunt liberi. sicut pꝫ in pdicta pphetia Hiere. quia illis de edom conuersis ꝛ alijs iudeis negantibus xpm dicit ppheta. ad te quoq pueniet calix. i. pena diuie vltionis inebriaberis. i. ad plenū punieris atq nudaberis. s. honore ꝛ alijs bonis. sicut manifeste factū est p tytū romanoꝝ principē. Sed ꝛ de bonis iudeis q receperūt iesum xpm verū messiam qui dicunt filij syō. Dicitur in textu. completa ē iniquitas tua filia syō scꝫ in aduentu xpi. quia amplius populus ille syon credens in xpm nō fuit subiectus alicui captiuitati loquendo de totalitate populi. sicut ter iā factum est de populo iudeoꝝ. Ideo dicit. non addit vltra vt transmigret te. s. a libertate in seruitutē. Sequit d malis iudeis filijs edom. Visitabit iniqtatem tuam filia edom eam. s. iuste puniendo discooperuit peccata. s. penam manifestam omnibus inferendo. quia publica est eoꝝ captiuitas ꝛ seruitus i toto mūdo vbiq sunt iudei siue inter xpianos siue inter saracenos sunt captiui ꝛ in abhominatōem habiti. Patet ergo solutio ad argumentū iudeorum que aliquantulū dilatata fuit pter magnā vim quam faciunt iudei in eodem.

¶ Contendit iudeus probare q iesus non est verus messias quia xpiani affirmant ipsum eē deum. xxij

Vicesimūsecundū argumentū iudeoꝝ est ad pbandū xpm nō esse deū sicut xpiani affirmāt. Arguunt aūt sic. scriptū est Exod. xx. Non assumes nomen dei tui inuanū. Inuanū nomē dei assumit qui hominū nomini cultū diuinitatis attribuit. Nam vanitas est omnis homo q hominē deum credit ꝛ deū appellat homini nouū cultumq diuinitatis ascribit. Item in psal. scriptum est. non erit in te deus recens neq adorabis deum alienū. Item in lege scriptū est q qui fecerit se deum occidatur. nullus ergo homo est deus. Mirum ergo est quō xpiani ausi sunt Jesum nazarenū nominare deum etiam concesso q esset messias cum sacra scriptura sit in oppositū vt dictū ē. vel si dicant q messias debet esse deus. ostēdat xpiani. Vn in sacra scriptura talis assertio pōt notari. licꝫ tū in primo libro sit sufficien-

ter declaratū quadruplici examine.ꝙ iesus xp̄c est verus filius dei ꝛ ꝯsequēter verus deus.quia tn̄ iudei petūt auctoritates sacre scripture. Ideo in p̄nti duo sunt fienda. Primo soluet argumentū.ꝛ secundo assignabunt auctoritates expresse ad oppositū ostendendū.De primo ergo dicit ꝙ nomen dei assumeret inuanū si alicui puro homini attribueret. sed si attribuit alicui q̄ non sit purus homo sed verus homo ꝛ cum hoc etiam sit verus deus. tunc non assumit invanum.talis est hiesus dn̄s noster qui non tm̄ homo sed etiā verus deus affirmat.ꝛ sic deꝰ ꝛ homo: vnus est xp̄c. nec est recens vel recēter deus qui eternus est ꝛ ab eterno deus nec ip̄e se facit deū. q2 substantialiter est deus. Ille em̄ facit se deum qui fingit se esse deum cum non sit. nec ē deꝰ alienus.q2 vere est deus.dij ꝟo gentiū alieni dij dicunt.q2 nūcupant dij.Circa secundū tollunt iudei velamē d cordibus suis.legāt sacras scripturas q̄s ꝛ non alias ꝓ p̄nti allegare intēdo que cōmuniter nō solū ꝭm catholicos doctores sed etiā ꝭm antiquos hebreorū rabinos de messia exponunt.Et p̄mo quidem abraam pater fidei nostre adducit in mediū.qui accepta ꝓmissiōe ꝙ in semine suo benedicerent omnes gentes.intelligens ex hoc deum nasciturū ꝭm carnem hūanā ex genere suo cum esset senex ꝛ dierū multoꝝ vocauit ad se seruū seniorē domus sue gen̄. xxiiij.ꝛ dixit ei. Pone manū tuā subter femur meū.vt adiurem te ꝑ deū celi ꝛ terre vt non accipias vxorem filio meo de filiabus ꝛc̄. Cum.n.sit cōsuetudo apud colentes deū ꝙ iurans ꝑ deū p̄stat manū suam sup aliq̄d hn̄s sp̄alez relatiōem ad ip̄m. ꝓpter qd Exo.xxij. dicit ꝙ qn̄ aliquis iurabit applicabit ad deos nullo modo pater abraam fecisset manū serui sui poni subter ꝓpriū femur qn̄ iurabat ꝑ deum celi.nisi specialiorē relatōem haberet femur suū ad deū q̄ȝ alia mēbra corpis sui. qd q̄dem verum est inquantū illa pars specialius ordinat ad actū generatiōis ꝑ quem c̄ȝtū ad matrē de genere abrahe nasciturus erat xp̄c. Secūdo pōt adduci illud Esa.ix. Paruulus natus ē nob ꝛc̄.seq̄t.Et vocabit nomē eiꝰ admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri seculi.princeps pacis. ꝑuulus dixit.q2 verus homo.admirabilis ꝛc̄. q2 verus deus. Hec em̄ noia omnia non videtur alicui posse competere nisi sit deus. Tercio pōt adduci illd Esa.xxv Et dicet in illa die.ecce deꝰ noster iste: expectabimus eū ꝛ saluabit nos. Super quo dicit venerabilis petrus alfonsi in suo dialogo ti.viij.hunc certe versum aliter non curamus explanare q̄ȝ doctores vr̄i illum dudū exposuere.ꝑ illum nanq̄ȝ docuerunt venturuȝ fore tempus quo ꝛ mūdus dn̄m esset visurus.ꝛ digito sibi adinuicem populus ostensurus.hoc ꝟo fieri nullatenꝰ posset nisi homo fieret quis ꝛ deus. Hec ille. Quarto potest adduci illud Esa. lj. Posui verba mea in ore tuo.ꝛ i vmbra manus mee protexi te. vt plantes celos ꝛ fundes terram ꝛ dicas ad syon populus meus es tu siue plātatio celoꝝ siue fundatio terre accipiat sp̄ualiter siue ad litteram. certum est ꝙ talia non possunt verificari nisi de illo q̄ est deus.vbi enim humanitas premittit: cum dicit.posui verba mea in ore tuo ita enim dixerat dn̄s Moysi.vt habet Deutero.xviij. Prophetam suscitabo de medio fratrum suoꝝ similem tui. ꝛ ponam verba mea in ore eius que verba eius que loquet in nomie meo audire noluerit ego vltor existam. Istud aūt non pōt intelligi de Iosue. nec de aliquo qui fuerit sub lege mosaica. q2 vltio.c.eiusdē libri dicit. Non surrexit

ſ Ecundū̃ ꝑceptū machometi ē ꝙ anteꝗ̃ orant vt ꝑfectã mundiciam habeant culum veretrũ manus brachia os aures nares oc̄los capillos decētiſſime ad vltimū pedes lauant qđ precipit fieri poſt coitum et egeſtionem niſi fuerint egroti vel in itinere. Et ſi forte ſit eis īpoſſibile aquã reperire tunc precipit eoſ mūdare puluere terre munde quaſi aqua tergendo quam ablutionē ꝑcipit etiam fieri modo verſo ſꝫ talis ablutio membroꝝ nō ꝑtinet ad orōnem. Ad orōnē quidem ꝑtinet mundari intrinſecꝰ non extrinſecus. Mūdicia aūt de ablutōe mēbroꝝ ꝑtinebat cultoribus ſtelle venerẜ qui volentes eam orare ad modum femine ſe aptabant ora ꝛ oculos tingentes quia vō punctus ſtelle veneris reo effectus eſt ideo precipit hoc. Diſcordat autē hec ablutio a baptiſmate xp̄ianorum multipliciter. Primo qꝛ baptiſma xp̄ianoꝝ ſolū ſemel fit. Vna ē enim fides ꝛ vnū baptiſma ſꝫm apl̄m. Baptiſma vō ſarracenoꝝ multiplicatur. Scd̄o qꝛ baptiſma xp̄ianoꝝ nō ſolum mundat corpus ſꝫ etiā aīam cū ſit aqua ſpūſſancti. Baptiſma vō ſarracenorum ſolū ſe extendit ad ablutionē membroꝝ ꝓpter immūdiciā eoꝝ ex coitu vl̄ egeſtione. vt pꝫ in Alchorano.

De tercio ꝑcepto machometi in preconiſatione alte vocis.

t Ercium preceptū machometi eſt ꝙ facta ꝑdicta ablutione publica voce ꝑconiſent vnū confitentes deum qui nullū vel ſimilē habeat vel equalem eiuſq; machometū eſſe ꝓphetã talē ꝑconiſationē ꝑcepit non id̄o qꝛ ꝯueniebat orōni ſꝫ qꝛ aliud nouū nequiuit imponere ſignum.

De precepto Machometi in ieiunijs.

q Vartum ꝑceptū machometi ē ꝙ ſarraceni in q̄libet āno mēſē integꝝ ꝛ amadē ieiunēt in quo alchoranū datū celitus aſſerit machometus ieiunātes autē tp̄e nocturno comedant diurno abſtineāt: ita vt ab ea diei hora q̄ nigꝝ ab albo diſtinguere ꝑ viſum poterūt filū vſq; ad ſolis occaſum nemo comedere bibere aut vxorẜ ꝯmixtione ſe ꝑſumat fedare. Poſt ſolis āt occaſum donec ad ſequētis diei crepuſculū ſꝑ eis cibo ꝛ potu ꝓpriiſq; vxoribꝰ ꝓut cuilibet liceat vti. Si aūt infirmitatis q̄s fuerit ꝑgrauatꝰ aut in via erit q̄diu aut lāguoris aut itineris durauerit tp̄s cōcedit eis q̄buſcunq; voluerint ꝛ veſci ſil̄ et vti. Sic tñ vt ꝙ vl̄ egritudis vel vie vel neceſſitate minus impleuerit poſtea emendū quō licuerit ꝛ dicūt ſarraceni ꝙ iſtud ieiunium ē ad reſtringendū vicia carnis preceptū qđ eſt iniciū ꝑnie. Sꝫ q̄d ꝓdeſt ꝑ diē ieiunare ꝛ nocte ter vel quater comedere ꝛ bonis carnibꝰ optimiſq; frui ꝛ mulieribꝰ vti h̄ nō debilitāt ſꝫ potiuſ corroborāt carnē ꝛ incendūt ad illicitos motus ꝛ actus.

De precepto machometi ī obſeruatione paſce

q Vintum preceptū machometi eſt ꝙ obſeruēt paſca. Notandū vō ꝙ ſicut hebrei ita ꝛ iſti menſes ſꝫm lunā cōputant. Vñ ꝛ paſca eorum qđ ipi poſt ieiuniū faciūt nō ſemper vno tp̄e ꝯtingit. Paſca aūt ſuū qđ dicunt nihil aliud eſt q̄ q̄dam memoria vel celebratio noctis cuiuſdā q̄ eſt in ipo mēſe in q̄ aſchoranū deſcēdiſſe dicūt. In ea q̄ppe nocte vigilātes ꝑ eccleſias ſuas q̄s vocāt meſquitas garriunt ſaliūt bibūt ꝛ inſaniūt diſcordant autē a xp̄ianis ꝛ iudeis qꝛ in lege moyſi ꝑceptum eſt obſeruari paſca in memoriam exitus de egipto. In lege aūt

christi preceptum est obseruare pasca
in memoriam resurrectionis xpi. Ma
chometus aũt pasca celebrari iniũxit
in memoria arietis ostensi abrahe i sa
crificiũ celebrandi loco filij sui. ⁊ cum
eorꝝ rex celebrat istud pasca ꝑcinctus
lyntheo mittit gladiũ ꝑ guttur arietis
⁊ statim sup aliqđ iumentũ deducitur
ad reginã. ⁊ si regina eũ videt añq̃ mo
riatur asserũt se bonã fortunã consecu
turos ãno illo q̃ pñs fuit ⁊ ꝓprijs ocu-
lis vidit m̃ narrauit. Sꝫ ⁊ ꝓ expeditio
ne pasce eorꝝ faciũt aliã supstitionem
qm̃ milites cũ rege eq̃tantes veniũt in
campũ magnũ et ibi facta q̃daꝫ fouea
currentes ꝑcutiunt cũ lanceis suis in-
tra illã foueã ⁊ sic expediũt suũ pasca.

De precepto machometi i peregrinatione ad mecham.

Sextũ ꝑceptũ Machometi ẽ q̃ oẽs sarraceni ꝑ singulos annos
semel vadũt ad domũ dei q̃ est
in mequa vidẽda ꝓpter solã recogniti
onem ⁊ ibi ꝑcipiunt adorare eã q̃ i cõ-
sultibus tegumentis inducti circuire
⁊ lapides prout lex ꝑcipit ꝑ media .s.
fimbria iacere retro ꝓ lapidando dya
bolo hãc domũ dicũt adã cũ de para-
diso exulasset domũ extruxisse ⁊ omĩ-
bus filijs eiꝰ donec abrahã aduenit lo
cum orõis fuisse. abrahã ãt dei seruus
eã roborauit ⁊ instaurauit ⁊ in ea dño
vota vouit ⁊ sacrificicia obtulit filioq̃
suo noĩe hismaheli post mortẽ reliquit
eiq̃ ⁊ oĩbus filijs eiꝰ ꝑ multa annorũ
curricula donec machometꝰ natꝰ est
orãdi domꝰ ꝑmansit. q̃ nato eandẽ deꝰ
sibi cunctisq̃ generationibꝰ suis here
ditariã vt ipi ꝓhibẽt ꝓmisit. ꝫ hec sar-
raceni non ex auctoritate habent ꝫ q̃si
cõmentum aliquod fingũt. anteq̃ eñ
legem predicasset domus hec ydolis
plena erat. et volenti scire qualis erat
domus illa ⁊ q̃ ibi secretum inesset et
cur illuc machometus ire ⁊ que i lege
inueniunt iussit facere venerabilis pe
trus alfonsi in suo dyalogo. titulo qui
to đclarat dicẽs. Duo filij loth .s. amõ
⁊ moab hãc domũ honorabant ⁊ duo
ydola ab eisdem ibi colebant alterꝝ ex
albo alterꝝ ex nigro lapide patratũ no
men quidem illius qđ est nigro lapide
erat merculicius dicebat nomẽ ꝟo al
terius chames. Alterꝝ qđ ex nigro erat
lapide in honore saturni alterꝝ ex albo
in honore martis erat edificatũ bis in
anno cultores eorꝝ ad ipa ascendebat
adoranda ad martem quideꝫ qñ sol in
in primũ gradũ arietis intrat qꝛ aries
honor est martis in cuius discessione
ꝓut mos erat lapides iaciebant. Ad sa
turnũ ꝟo qñ sol primum gradũ libre
intrat qꝛ libra honor saturni est q̃ thu-
rificabant nudi tonsisq̃ capitibus que
vsq̃ in hodiernũ diẽ in iudea celebrã-
tur vt dixi. Arabes ꝟo cũ amon ⁊ mo
ab ydola adorabant Machometꝰ aũt
post longum tempus veniens pristi-
nam cõsuetudinẽ nequiuit auferre. ꝫ
quasi quodammodo more inusitato
inconsutilibus tegumentis coopertos
domum circuire ꝓmisit. Sꝫ ne vide-
retur ꝑcipe ydolis sacrificare simula-
chrum saturni construxit in pariete in
angulo domus et ne facies appareret
dorsum erat tantum exterius situꝫ
alterum martis. scꝫ ydolum quia scul
ptum vndiq̃ erat subtus terrã et lapi-
dem suprapositũ misit. hoĩbus ꝟo qui
ad adorandũ ibi conueniunt lapides
istos osculari precipit ⁊ hũilitatis ton
sisq̃ capitibus inter crura lapides re-
tro iactare qui humiliantes dorsa de
nudant quod est signũ legis pristine.
Ecce qua intẽtione ꝑcepit supradicta
machometus. In libris quoq̃ illorũ
scriptũ est q̃ homat q̃dem ex decẽ soci
is machometi more solito lapides de-
osculans sic exorsus ẽ vobis inq̃t lapi

dibus dico ꝙ nec adiuuare nec nocere potestis syon. Sꝫ qꝛ machometus fecit illius morē exequoꝛ. ꝙ aūt dicūt lapidibus iaciendis demones effugare non ꝯsequēs rō videt̄ eē qꝛ qđ nō aliq̄ ꝑcipit̄ sensu corporeo effugare leuiter nequaq̄ pt. noīe ꝟo dn̄i fugant̄ demones. Et si dicāt sarraceni audiuisse aliquos dicentes demonia se vidisse ⁊ ea audisse ⁊ collocutus fuisse ⁊ sic possūt sensu ꝑcipi corꝑali. Dicendū ꝙ licꝫ angeli corporeo sensu non pn̄t ꝑcipi illis tn̄ q̄ ſm mandata dei incedunt visibiles fiunt silr̄ dyabolꝰ amicis suis visibilis apparet.

De precepto Machometi in preditionibꝰ captiuationibꝰ ⁊ occisionibus contrarioꝝ.

Septimū p̄ceptū est ꝙ aduersarios eius ⁊ eoꝝ ꝓphas p̄dentur captiuent interficiāt ⁊ oibꝰ modis ꝑsequant̄ atq̄ deleāt nisi resipiscāt ⁊ ad eoꝝ fideꝫ ꝯuerti voluerint aut seruitutis in dictū cēsum ꝑsoluerint ⁊ patet manifeste ꝙ h̄ p̄ceptū nō est ex dei oꝑibus neq̄ ꝓphetaꝝ q̄bus nunq̄ iussit cogere aliqueꝫ credere. Sꝫ machometus h̄ cupiditate p̄cepit pecunie vt inimicos suos destrueret ⁊ talis coactio nō debet fieri. imo si q̄s aliquē cōuertere velit nō ꝑ violentiā ſꝫ diligēter ⁊ dulciter h̄ facere debet sicut ipe machometus in suo testat̄ Alchorano sb̄ ꝑsona dn̄i ita ad ipm dicētis. Si vellꝫ dn̄s deꝰ tuus ⁊ sociꝰ seculi gentes crederēt cur ergo vt credāt cogis qꝛ nullꝰ nisi voluntate dei credit. ⁊ in alio loco vobis inq̄t gentibꝰ ꝟitas dei iā venit q̄ crediderit ꝓ semetipo fecerit. q̄ ꝟo errauerit ꝓ semetipo ⁊ ego nō sū supra vos baiulus sequere ꝟo deꝰ inq̄t qđ reuelat̄ tibi ⁊ expecta donec iudicet deꝰ q̄ sup oēs iudex ē. Itē i eodē dn̄s inq̄t deꝰ tuꝰ sb̄ vna lege si vellet cūctos sine discordia poneret fingit. Itē in alio loco tā̄q̄ sibi deꝰ loquat̄ nō inq̄t violētia in lege debet eē iā iusticia ⁊ ꝟitas apparet q̄ voluerit spōte sua credat. Iteꝫ i alchorano vos icreduli nō ꝙ oro orātis nec quē orat̄ oro ⁊ quē adorat̄ nō adoro m̄ lex vob̄ q̄ discors. ⁊ in alio loco ait. nō altricetis cū alterīꝰ legis gentibus nisi mollibꝰ ꝟbis. q̄re ḡ predari captiuari ⁊ gētes vi cogē ad credendū iussit h̄ oīa semitas dei eē fatet̄. Cū ḡ h̄ lex sibiipi ꝯdicat nulliꝰ ē firmitat̄ vl̄ momenti. Sꝫ iō machometꝰ p̄dari captiuare ⁊ gētes interficere iussit vt arabes q̄ deū ignorantes in deserto manebunt in p̄dicationibꝰ delectarent̄ et vt maxime illi crederent.

De precepto machometi in licentia comestibilium.

Octauū p̄ceptū machometi ē ꝙ sarraceni edant absolute de omnibꝰ carnibꝰ p̄ter carnē porci ⁊ sanguinē nec nō morticiniū. Vn̄ dicit in alchorano vos credētes edat̄ q̄cq̄d vr̄e fuerit volūtatis ex bona ꝑte sequit̄ a morticiniis ꝟo ⁊ porco ⁊ sanguine ⁊ ab aiali q̄libet ꝑempto nō in creatoris noīe vos abstinete de suffocat̄ ⁊ cōbustis ⁊ interfect̄ ꝑ lupos nisi vos mandaueritis vel vt debēt fuerint iugulate mime comedatis qđ fecit machometus vt in h̄ a lege sua nō solū iudei ſꝫ ⁊ nos xp̄iani deferremꝰ quō iudeis carnes suille ac leporine alioꝝq̄ aialiū nō ruminantiū sunt ꝓhibite ⁊ silr̄ pisces absq̄ squamis. lex ꝟo xp̄i xp̄ianis i esuꝫ humanū oīa ꝯcedit absolute.

De precepto machometi circa pluralitatem vxorum.

Nonum preceptum machometi est circa vxores. Vn̄ cōcessit sarracenis ꝙ eodeꝫ tēpore quattuor legitimas possunt habere vxores ⁊ qualibet repudiata aliā semp ac

cipere ita tamen q̄ nūq̄ quaternariū numerū transeāt. In repudio q̄z prece pit obseruari vt vsq̄ tres et q̄libet repudiare candē rursus recipe liceat ꝫ taliter tertio relicte spꝛete neq̄q̄ vsq̄ quo maritis alijs nupserint et ab illis relicte fuerint recipe mādat tūc āt ipe volentes prioribus maritis añ bene recōcilientur ꝛ sic recipiant. De empticijs vo atq̄ captiuis q̄scūq̄ voluerint habere dicit eis licitū esse ꝛ easdem vēdēdi denuoq̄ emendi liberaz potestatez habeāt sic tñ vt postq̄ grauidaz semel fecerint nequaq̄ eam alterius seruitutis iugo ꝯstringere possint Sz q̄ liceat cape quattuor vxores ꝛ qualibet repudiata aliā ducere hoc nulla q̄dem precipitur rōe. neq̄ eñ nisi causa filios ꝓcreandi p̄ceptū est vxorē recipe q̄ aūt empticias ꝛ captiuas q̄t libet pñt habere hoc q̄dam q̄stum ad sarracenos ad ulteriū q̄r multociēs emit aliquā stupratā a filio et ecōtra filius vel frater a pr̄e corruptā vel a fratre: ꝛ sic ptz discussio inter p̄cepta machometi. Quare āt machometus talia immūda fieri iussit causa fuit. q̄r ipse valde feminas diligebat ꝛ pnimiū luxuriosus erat ꝛ sicuti ipsemet ꝓfessus est vis luxurie hoim. xl. in eo manebat ꝛ maxime q̄a arabes valde luxuriosi erāt voluntati coꝝ satisfecit vt crederēt. In h̄ p̄cepto voluit machometus ponere differentiam inter legē suaz ꝛ legē moysi. q̄r lex mosaica mādauit viros posse libellū repudij dare mulieribus suis. quo recepto si ipsa nupsisset alteri viro q̄ primus maritus iam non posset eam ducere in vxorem. Oppositū mandauit machometus vt patuit. Discordat etiam a lege christi que ꝓhibet vxore viuente marito alteri nubere q̄a qui ipsam duxerit mechat: oppositum dicit machometus vt visum est.

De precepto machometi circa ꝓhibitionem aliquarū mulierum de propria cognatione

Decimū preceptū machometi ē q̄ sarraceni nō recipiant in vxores cōsobrinas nec nutrices lacte nec germanas lactis. Vñ dr̄ in Alchorano. oēs he mulieres vobis interdicte sunt ꝛ illicite vīz. s. mr̄es ꝛ filie sorores ꝛ neptes atq̄ matertere nutrices atq̄ germanas collectanee mr̄es ꝛ filie mulieꝝ vraꝝ si a vobis tacte fuerit sin autē licite sunt. H̄ āt fecit machometus vt a lege sua differret lex moysi in qua iniungit non accedere ad certas feminas ꝛ posse inibi cū ꝯsobrinis feminis germani vel germane filijs ꝛ vt etiam a lege sua differret lex xp̄i in q̄ vsq̄ ad q̄rtū gradū ꝓhibitio facta est. Sz ex q̄ tantā voluntatē voluit ońdere in hoc p̄cepto bonū fuisse nō vti alterutꝝ zodomia nec iniūgere p mandatū sicut ipe facit in alchorano in cap. de vaca. Alibi tñ mandat de ꝓpria cognatione habere vxores vt sanguinis ꝓles accrescat ꝛ fortius inter eos amisisse vinculum vigeat s̄m q̄ mos erat omnibus tunc temporis.

De precepto machometi circa obseruationem die veneris

Vndecimū preceptū machometi est q̄ sarraceni obseruent in q̄etem diem veneris q̄d ipe fecit ꝓpter duo. Primū est quia ipse pūcto stelle veneris rex effectus fuit vt supra patuit precepto scd̄o. Secundū vo est vt a lege sua differret lex moysi q̄ p̄cepit sabbatū obseruari ꝛ lex. christi que precepit diem dominicam

De precepto Machometi in orando versus meridiem.

Duodecimuz preceptū machometi est q̄ sarraceni faciunt orationem versus meridiē vbi est

mecha. Vn̄ dic̄ in Alchorano ī ꝑsona dei sibi alloquītis ⁊ suis credētib⁹ tibi tn̄ Nūc huc nūc illuc aspicienti tuisq3 ad meoꝝ ꝓrioꝝ noticiā q̄ sīt mediatores gētium testes suū ꝓbaꝫ ꝓpriū testem habentes orationis locum veracem ⁊ ydoneū deo testificante videlicꝫ versus mequā templiq3 sui mediū qd̄ abraham primo fundauit firmabo q3 semꝑ vbicunq3 fuerit faciem tuā orando vertas talem locum orādi instituit machometus vt deferret a iudeis qui orant versus occidētem. ⁊ a nobis cristianis q̄ oramus versus orientē quia ad orientē crucifixus est xp̄s ⁊ ad orientem ascendit in celum. Et intm̄ volunt esse discordes a xp̄ianis ꝙ in nullo penitus vellet confirmari vn̄ nos sedentes honorifice suꝑ menses manducamus ipi vo suꝑ terraꝫ iacentes nos cum mappis ipi sine mappis. nos sardinas p̄ caudā accipientes mittim⁹ in ignem ipsi vo p̄ caput eas accipiūt et caudas aduersus ignē mittunt: ⁊ sic d̄ alijs innumeris que secum cōuersantes experimento cognoscunt.

De precepto machometi circa iudicialia.

t Erciūdecimū preceptū machometi est ꝙ in possessionibus repetendis petitū testibus ꝯprobet ⁊ negator iuramento semet expurget. testes āt nullos nisi valde ydoneos ꝓbatasq3 ꝑsonas ⁊ quib⁹ sine iuramēto credere possint ꝓducāt. In q̄busdā etiam alijs mosayce legis morē custodiunt vt q̄ hois sanguinē fuderit eadē pena plectat̄. ⁊ quisq̄s in adulterio deprehēsus fuerit cū adultera pariter lapidetur. Qui āt cū qualibet alia fornicatus fuerit octingēta flagellis subiacebit furi talis indicta est pena vt prima ⁊ scd̄a vice octingenta flagella sustineant. Tercia manū. Quarta pedē amittet ⁊ qui cuilibet hoim membrūꝫ abstulerit digno precio r̄dimat. Et sic patet ꝙ in iudicijs faciēdis quo ad aliqua moysi consentiūt legi. In q̄busdā vo dissentiūt qd̄ ⁊ machometus fecit vt in hoc etiā aliquantulū diuersa eēt lex sua a lege moysi.

De precepto machometi ⁊ abstiuentia a vino

q Vartūdecimū p̄ceptū machometi est ꝙ sarraceni abstineant a vino qm̄ fomes est ⁊ seminarium hois peccati et illud bibere dicit maximū peccatū esse vuas tn̄ comedere ⁊ mustū potare etiā in apparatu lꝫ. Et licet sarracenis vinū sit ꝓhibitum ipsi tn̄ in occulto immoderate bibunt ⁊ inebriant̄. Causa āt p̄cipua q̄re a vino sꝑ abstinere iubent̄ est ne forte socij inebriati patefacerent ruinaꝫ ppl̄i. Et si tm̄ pctm̄ est vsus vini cur ergo i suo paradiso ꝓmittit riuū vini sicut s̄. patuit. consideratōe q̄rta. ⁊ q̄nta. articulo. xij. Alia causa fuit supius assignata consideratōe tercia in tercio passu vide ibi.

De precepto machometi circa modum heredandi

q Vintūdecimū p̄ceptū machometi est ꝙ in hereditate due filie vnico filio coequent̄ qd̄ fecit vt poneret differentiā legis sue a lege moysi ⁊ xp̄i qm̄ lex moysi iniungit ꝙ filie cū filijs nō sint heredes: xp̄s āt in hereditate eos eq̄les fecit.

De precepto machometi circa testimonia

d Ecimūsextū preceptuꝫ machometi est circa testimonia. Vnd̄ precipit in alchorano. ꝙ duarū mulieꝝ testimoniū p̄ualeat testim̄oīo vnius viri in quo differt a lege moysi in qua iniunctum est ꝙ nullo mō mulierum testimonia acceptent̄. et a lege christianoꝝ in qua in certis casib⁹ eaꝝ testimonia capiuntur.

De precepto machometi circa ꝓhibitionē disputatiōis cū q̄cunq̄ extraneo a lege sua.

Decimūseptimū ꝑceptū machometi est ꝙ nullus sarracenꝰ presumat in lege sua cum aliquo disputare vel discutere ꝙ fecit machometus ne falsitas sue legis in publicū veniret similis noctue fugienti lucem ⁊ oculis egris quibus odiosa est lux. In quo ostensa nebulosa cecitate sue legis excellentiam claritatis legis xp̄i manifestauit quam precepit xp̄s sup tecta predicari quia ipse palam locutus est mundo ⁊ in occulto nihil. sicut supra patuit libro primo consideratōne tercia. articulo primo.

De precepto machometi circa Circumcisionem.

Decimūoctauū ꝑceptū sarracenorum est ꝙ circumcidunt pueros. Istud autem non habent ex precepto Machometi cum nullibi reperiatur in alchorano sicut infra declarabitur: octaua consideratione articulo primo. Discordat etiā in circumcisione a iudeis quia ipsi circūcidunt die octauo: sarraceni ṽo omni tempe. Iudei ṽo etiam faciunt reuersionē in templum ⁊ sugunt caput veretri. sarraceni ṽo nō. Quomodo autem cessauerat sacramentum circumcisiōis dictum est s̄. libro primo: cōsideratione tercia. articulo. vj. puncto primo. Hec sunt precipua legis machometi mandata ab omī sarracenoꝝ gēte maxima celebratione habita. Alia ṽo plurima sunt que enumerare longū requirent sermonem ⁊ in tātam dementiā. Hic dyabolicus machometus venit vt ausus fuit affirmare ꝙ quātiscūq̄ peccatis q̄sq̄ obligatus fuerit ⁊ in die mortꝭ sue deo ⁊ sibi crediderit. dicit ꝙ in die iudicij ipso interueniente saluus erit. vsq̄ tunc ergo maneant sui credentes in inferno expectantes redemptionē vbi nulla est redemptio.

Tractat de vilissima morte Machometi.

Exta consideratio huius libri est de morte machometi dignū eñ erat vt finis eiꝰ ostēderet qualis ipe fuerat in vita ⁊ doctrina. Unde cum implerent. x. anni regni sui ab illo. s. anno quo fuit eleuatus in regem in damasco: computando q̄dam discipulus eius cuius nomen albunor voluit experiri si resurgeret machometus die tercia a morte ad vitam sicut ipe ꝑdixerat. Dixerat eñ ꝙ postq̄ decem anni sui regni essent impleti ꝙ debebat mori et resurgere tercia die corpusq̄ suū ea die deferendū ad celū Et ideo ꝙ non crederent sepulture q̄re predictus discipulus eius distempato quodam veneno tradidit ei ad bibendum occultissime. Machometus autem statim vt bibit mutatꝰ est ois color eius. ⁊ ideo intellexit ꝙ mors sua appropiquauerat. ⁊ dicit illis sarracenis qui ibi erant cum eo ꝙ ꝑ aquam saluarentur ⁊ veniam inuenirent quo dicto subito dedit aīam dyabolo mḡro suo. discipuli autem sui diligenter seruauerunt corpus expectando ꝙ resurgeret die tercia vt dictū ē Sꝫ postq̄ ipi viderunt ꝙ nō resurgebat vt ꝑdixerat ⁊ fetorē eiꝰ tolerare nō possent relicto corpore inhumato maxia ꝑs decessit. ⁊ pꝰ ix. dies mortis eiꝰ venit ꝑdictꝰ discipulus eiꝰ albunor vt videret quō iacebat ⁊ fm ꝙ narrat lucas tudēsis ī cronica sua inuenit corpꝰ a canibꝰ comestū corrosis ossibꝰ. Tūc albunor collectꝭ ossibus sepeliuit in ciuitate q̄dā q̄ dr̄ arabice meduaraziel. Sic ergo q̄ int eos prudentiores fuerunt deprehēsa seductoris falsitate omnia quecūq̄ dixerat

falsa ꝛ irrita estimantes considerantes etiā quō indignā vitā digna morte terminasset ab eius lege discesserūt.

De successoribꝰ machometi.

Eptima ꝯsideratio est de successoribus machometi lꝫ eñ turpissima eiꝰ mors ꝛ falsitas sue ꝓphetie clarissime iudicauerit falsitatē sue doctrine ꝛ immundiciam sue doctrine verūtamē occulto dei iudicio ꝛ dyabolo ꝓcurante incremētū accepit. Quatuor ḡ pūcta in pñti cōsideratione occurrūt ptractāda. Primus pūctꝰ ē ð astucia dyaboli pꝰ mortem machometi ne eius doctrina periret. Scd̄s v̇o erit de successoribꝰ eiꝰ Caliphis egyptio orientali ꝛ mirāmomolino occidētali. Terciꝰ de diuersitate gentiū q̄ sectā machometi suscipe noluerūt. Quartꝰ de diuersitate paganoꝝ q̄ in aliq̄bus imitant̄ sarracenos ꝛ in alijs differūt.

De astucia dyaboli ne periret secta machometi.

Primus pūctus huiꝰ ꝯsiderationis est de astucia diaboli pꝰ mortē machometi ne ꝑiret eiꝰ doctrina. Vñ cū ad exemplū p̄dictoꝝ viroꝝ prudentiū discedētiū a lege machometi q2 ipm mendacē ꝛ immūduꝫ in vita ꝯgnouerāt vt dictū ē in p̄cedēti ꝯsideratōe oēs fere alij vellēt discedere tūc ꝯgnati machometi ꝛ socij q̄ ꝑus in honore ꝛ reuerētia apð populū habebantur ꝛ occasione legis multa lucrabant̄ mesti ꝛ cōfusi cū multis blandicijs ꝛ ꝓmissionibꝰ ceperūt oibꝰ modis simplices attrahere ꝛ ad sectā p̄dictam eoꝝ aios inclinare specialiter autem dyabolus astucia sua vsus est q̄si quodam instrumento.s.quodā sarraceno pessimo qui dicebatur halij. Hic erat filius babitari vnus ex decem machometi socijs qui post mortē ipiꝰ regnum adeptꝰ est q̄ blande p̄dicauit et callide āmonuit ad credendū gentes ꝛ dixit illos nō bene intelligere machometi ſmonē machometus inq̄t nō dixit ꝙ ante sepulturā vel videntibꝰ hoībus subleuaret̄ in celū. Dixit q̄ppe ꝙ post sepulturā corpis angeli eū nesciētibus cunctis delaturi eēnt in celum. Vñ q2 statim eū nō sepelierūt iccirco fetere cepit vt statim sepeliret̄ hac igit̄ causa gentē in errore pristino parūper detinuit duo v̇o fratres scriptoꝝ machometi filij noīe hasam ꝛ hozam ieiunijs ꝛ vigilijs fortiter corpa macerantes pene ad mortem deuenerunt pater v̇o eoꝝ sepe filios ammonebat ne ꝑ tamlongam macerationē sua fatigarent corpora. Ipe āt videns illos stultos esse ꝛ ad mortis hostiū p̄ nimio labore iam deuenisse de machometo vti erat rem patefecit. Cognita āt neq̄cia illius a p̄re ceperūt comedere ꝛ bibere vinuꝫ.ꝛ sicut in sua lege fortiter antea ꝑstabant ita deniq̄ legē ꝯ̄uis nō ex toto dimittere ceperūt ſꝫ ꝛ quedā ꝑs gentis istos i ꝯsuetudine insecute sunt.

De successoribus machometi in Oriente ꝛ occidente.

Ecundus pūctus est de successoribus machometi ſm ꝙ narrat Aconeñ.eṗs in libro de rebus ꝛ statu terre orientaliū post mortē machometi Sarraceni quendā ex discipulis machometi loco eius elegerūt quem vocauerūt calepham quasi successorem siue heredeꝫ eo ꝙ dignitatis ꝛ principatus machometi successor existeret q̄ dignitatē ꝛ ptātem adeptꝰ cepit parti blandicijs ꝑtim ꝯminatione ꝛ metu pplos ad se reuocare ꝛ multitudinem hoīm cōgregare. Sꝫ quidaꝫ Ascali noīe contra p̄dictum calaphā inuidia concitatus ꝛ indignatōe ꝯmo

tus cōcupiscentia lucri ꝛ ambitōne se
cularis dignitatis tractus. modis qbꝰ
potuit ꝑ se ꝛ suos eidem se opposuit ꝛ
multiplr̄ expugnās nō cessauit donec
ipm̄ a principatu remouit. Post hūc
ergo quidā patruelis machometi no-
mine Halij cū obtinuisset principatū
vehemēter cōmoueri cepit ꝛ indigna-
ri. ꝙ successor machometi vocaret̄ cū
se digniorē ip̄o machometo reputaret
ꝛ ꝓphetam eximiū cui dn̄s familiariꝰ
ꝙ̄ machometus fuisset locutus se vel-
let ab oībus existimari. Hic ergo ꝛ cō
plices eius legi machometi maxime
detrahebant: ꝛ in ip̄m multa maledi-
cta ꝓferebant. Alios ritus ꝛ alias isti-
tutiones ꝛ aliū orandi modū ꝙ̄ tradi-
disset machometus p̄dicantes. Illi au
tē qui legē machometi tenere voluer̄t
in ꝑtibus orientis Calepham baldesen
sem statuerūt. q̄ in tanto honore ꝛ reue
rentia a suis habet̄ ꝙ nisi mandato au
ctoritate eius nullus ꝙ̄tūcunq̄ potēs
aut nobilis appellaret̄ soldanus ꝛ om
nes eius subditi tam reges ꝙ̄ alij. Pe
des eius ad terram vsq̄ ꝓstrati reue-
renter osculant̄. Successores aūt ha
lij de quo supra fecimus mentionē cō
tra singularem orientis Calepham se
dem suā erexerūt in terra egypti innu
meris diuitijs ꝛ delitijs affluētes. Vn̄
inter egyptios ꝛ inter oriētales pp̄los
magna sꝑ extunc fuit dissensio ꝛ odiū
implacabile: ꝛ in lege discordia ꝛ con-
tradictio saracenoꝝ. pp̄lis in duas par
tes diuisis. quadā parte halij ꝛ eiꝰ suc-
cessoribus adherente. maiori tn̄ parte
consentiente machomete ꝛ successori-
bus eius. Postq̄ vo soldanus tp̄alē
administrationē egypti: sub dn̄o suo
calepha egyptio adeptus est. timēs si
bi eo ꝙ Calephe nō imerito multis ac
cusantibus erat suspectus. vt ip̄e sala-
dinus ad vllum suꝑiorem haberet re-
spectum. sed ip̄i sibi ꝛ soldanus esse. ac
Calepha accessit ad dn̄m suum Cale-
pham egyptiū tanq̄ ei debitam ꝛ soli-
tam vellet exhibere reuerentiam ꝛ cla
ua ferrea quā gestebat i manibꝰ ex im
prouiso ip̄m ad terram ꝓstratum eie-
cit: ꝛ ꝑ proditionē occidit. Om̄es aūt
filios eius ꝛ cognatos ꝛ speciales ami
cos vel interficere iussit vel carceri in
perpetuo mancipari. extunc soldanus
baldasen̄. solus monarchiā ꝛ dignita
tem tam suꝑ egyptios ꝙ̄ suꝑ omnes
alios orientales obtinuit saladino cō-
pellente egyptios vt ei cōcorditer obe
dirent ꝛ nullū calepham aliū institue
re p̄sumerent. nec ritus alios ꝙ̄ alij ori
entales obseruarent. Princeps autē
orientaliū saracenoꝝ oīm qui legē ma
chometi obseruant potissimus qui ca
put imperij sui. ꝛ dignitatē: ꝛ regni sui
soliū i ciuitatem marchque q̄ quondā
carthago dicebat̄ collocauit. ꝛ nō solū
ethyopie ꝛ affrice: ſ; etiā hyspanie i ma
gna ꝑte dn̄at̄ orientali calaphe cū vni
uerso pp̄lo suo subiectus eē recusauit.
Sed ꝛ ip̄m regē ꝛ calepham reputās
miramamolim. i. regem gentium. se ꝛ
om̄es successores p̄cepit appellari lin
gua em̄ eoꝝ. mira idem est ꝙ rex ma-
molim aūt credentiū interpretat̄. Vn̄
inter orientales ꝛ occidentales sarace
nos magnū est scisma ꝛ dissensiōis ꝙ̄
plurimū vtiles xp̄ianis eo ꝙ isti illis i
prelijs ꝛ expeditionibus cōtra nos re
nuūt prestare subsidiū regno ip̄orū in
seip̄o diuiso ꝛ ex mag̃ parte dissoluto.

De diuersitate gentiū que le-
gem machometi suscipe nolue
runt.

t Ercius punctus est de diuersi-
tate gentiū q̄ legē machometi
suscipe noluerūt. Narrat supra
dictus doctor libro q̄. 5. ꝙ multitudo
gentiliū ꝛ idolatraꝝ copiosa ꝛ maxime
hi q̄ septentrionalem inhabitant regi-

onē circa paludes mathideos ⁊ in ptī-
bus vulgarie ⁊ coꝛmanie vſqꝫ ad fines
hungarie. ⁊ qui in cōfinio regni dacie ⁊
alijs ptibus adiacētibus cōmoꝛant le
gem machometi recipe noluerūt. ⁊ qꝛ
ab alijs ſaracenis oꝛiētalibus ⁊ occidē
talibus valde remoti ſūt p metū vl' vi-
olentiā nō potuerunt cōpelli, vnd' vſqꝫ
hodie quidam eoꝝ erroꝛem vetuſtum
retinentes idola colūt: venerant ⁊ ado
rant. Alij aūt moꝛe pecudis. nec legeꝫ
nec ſcripturā nec lr̄as vllas habētes ar
boꝛes ⁊ arbuſta ⁊ pecudes ⁊ generalit
quicq̊d in mane caſu alq̊ primū eis oc
currit: illud ꝓ deo reputantes: p totuꝫ
diem colūt ⁊ adoꝛant. Quidaꝫ aūt ex
eis ſe verū ⁊ ſūmū deū ignoꝛare confi
tentes: putantes deū tamē ignotū aliq̊
placare ſacrificio ⁊ obſequio venerari
carnes vel panē ſeu aliam hmōi obla
tionē in altum ꝓijciunt in honoꝛē illi
us qui deus ē ⁊ habitat in excelſis cla
mantes ⁊ dicentes: eius ſit oblatio hec
qui ſup omēs eſt ⁊ ſumme diuinitatis
inter alios obtinet pꝛincipatū.

De diuerſitate paganoꝛuꝫ in parte ſaracenos imitantiū.

q Uartus punctus eſt de diuer-
ſitate gentiū qui in aliq̊ mutan
tur ſaracenoꝝ legem dr̄nt. ⁊ in
alijs ⁊ pꝛimi dicunt torcomani q̄ in ter
ra turcoꝝ inhabitant. hi traxiſſe credū
tur oꝛiginē a ſeptentrionalibus ſarace
nis ſupꝛadictis. Unde noīe compoſi-
to a turcis ⁊ comanis: appellant thur
comani. De thurcis ſiquidē ex antiqſ
oꝛientaliū hyſtoꝛijs certū habemus ꝙ
ex ſeptentrionali regione exeuntes p-
ſarū fines ingreſſi non ſolū regionem
illam: ſꝫ vniuerſas fere oꝛiētales ꝓuin
tias armato manu occupauerūt violē
ter. Extunc aūt gens illa pꝛius rudis ⁊
inculta. nec habēt certam manſionem
ſed paſſim cum vxoꝛibus ⁊ filijs ⁊ pe-
coꝛibus vagans ⁊ paſcuarū cōmodita
tem ſectans regem ſibi pꝛefecit ciuita-
tes ⁊ opida poſſidere incipiēs agricul
ture dans opam que pꝛius de peculeo
tm̄ viuebat ac iura ſibi ciuilia conſtitu
ens. Hi aūt qui ſua ruditate pmanen-
tes pꝛioꝛem viuendi modum deſerere
noluerunt appellati ſunt thurcomani
In mltis aūt imitant illos ſaracenos
qui beduini dicunt. Iſti beduini ex a-
rabum gente pꝛincipaliter ceperūt oꝛi
ginem de quoꝝ ſtirpe dicūt deſcendiſ
ſe machometū. Hi aūt dogmatizātes
ꝙ diem moꝛtis a deo ſibi conſtitutum
nec pꝛeuenire poſſunt nec pꝛeterire nū
q̄ꝫ ad pugnam armati ꝓcedunt. ſꝫ ſolū
modo camiſiati pepulis moꝛe femina
rū: capita inuoluētes lanceis ⁊ enſib⁹
tantūmodo vtentes. ⁊ licet leuiter ⁊ d'
facili cōuertant in fugam. Alios tn̄ ſa
racenos timidos ⁊ ignaros reputant,
q̄ ſpicula ⁊ ſagittaſ a longe iaculantur
Sūt aūt nō ſolū xp̄ianoꝛum: ſꝫ ⁊ etiā
ſaracenoꝛum ⁊ pꝛoditoꝛes mendaces
⁊ conſtantes ⁊ amici foꝛtune ⁊ duplici
via gradientes his quos cernūt pꝛeua
lere libenter adherentes. Poꝛtant etiā
in capitibus pilleos rubeos cuꝫ pepu
lis in tentoꝛijs de pellibus aīaliū habi
tantes, ouinis etiā pellibus ⁊ capꝛinis
plerunqꝫ veſtiunt. nullam aūt haben-
tem certam manſionē in campeſtrib⁹
⁊ paſcuis turmatim partibus inceden
tibus vagi habitant ⁊ paſcuntur vber
tatem ſectantes diuerſas regiones cir
cuunt lacte viuentes ⁊ animaliū copi-
oſam multitudineꝫ ſecum trahentes,
Ipſi aūt penitus ocioſi tam equoꝛuꝫ
q̄ꝫ pecoꝛum vxoꝛibus ſuis pꝛocuratio
nem relinquūt. Sunt ⁊ alie gentes ex
oꝛientalibus partibus. qui legem ma-
chometi cuſtodiunt excepto ꝙ moꝛe
chꝛiſtianoꝛum ad oꝛtum ſolis adoꝛant
eo ꝙ patres eoꝝ qui chꝛiſtiani fuerunt
hunc modū oꝛandi eis reliquerunt ob

aliis saracenis heretici ꝛ ꝓphani repu
tant̃.ex quibus nõnulli ipm solũ deuз
summũ reputant.eo ꝙ inter omẽs cre
aturas visibiles precellentẽ hab et pul
critudinem. Sunt aũt quidaз alij mi
serabiles homines in montanis circa
iuga libani ĩ partib⁹ tripolitaĩs cõmo-
rantes.qui licet ex parte legeз macho-
meti obseruent:dicũt tamẽ se legeз al
teram occultaз habere quam non liceз
alicui reuelare nisi filiis eoꝝ:cum iam
adulte sint etatis: vt secreta pueriliter
nõ reuelẽt vel mortis articulo iminen
te cum patres in extremis laborantes
spem euadendi non habent. Vxores
aũt eoꝝ ꝛ filie in lege maritorũ ꝛ parẽ
tum suorũ ignorantes legem illam di
cunt se credere ꝙ si forte filius leuitate
illam legẽ quã vocant occultaз matri
sue reuelant.vxor a marito ꝛ fili⁹ a pa-
tre absq₃ vlla retractione necarent̃. Hi
aũt preter morem aliorũ paganorũ vi
num bibũt ꝛ carnes porcinas edunt ꝛ
ab omibus aliis tanq₃ heretici legis re
probant̃. Ipsi etiã pessima ꝛ abhomia
bilia ꝛ sexui feminee cõtraria in occul
to turpiter operant̃:sicut illis narran-
tibus q̃ ab illis recesserũt cognituз est
timẽt ne vxores eoꝝ eos relinq̃rẽt vl̃ cõ
temptui haberent.si execrabiles ritus
eoꝝ ꝛ imũdicias secte puersissime cog̃-
scerent.Est etiã in ꝓuincia fenicis cir-
ca fines ciuitatis Enthadensis qui ho
die vulgariter appellat̃ tortaza. quidã
ppl's scopolis ꝛ mõtibus vndiq₃ circũ
clusus inhabitãs habẽs castella.x.for
tissima:ꝛ ꝓpter viaruз angustias ꝛ ru-
pes inaccessibiles.inexpugnabilia cuз
suburbanis ꝛ vallibus oim fructuũ et
frugũ fertilitate fecũdissimis ꝛ ameni
tate iocundis. Hoꝝ aũt hoim qui Asi
nini nuncupant̃ multitudo numeruз
xl.M.excedere dicit̃. Preficiũt aũt si
bi capitaniũ non successione heredita-
ria.sed prerogatiua meritoꝝ quem ipi

veterem seu senem appellant.non taз
ꝓuecte etatis rõne:q₃ prudẽtia digni-
tatis p̃eminentia. Primus aũt ꝛ sum
mus in fauste religiõis eoꝝ abbas ꝛ lo
cus vñ principiũ habuerũt in ptibus ẽ
orientaliũ valde remotis .versus ciui
tatẽ baldorensem ꝛ ptes psidis prouin
cie. Hi aũt vngula nõ findẽtes neq₃ sã
ctũ a ꝓphano discernentes oẽm indif-
ferenter obedientiã superiori suo exhi
bitã sibi credũt esse vite eterne merito
riam. Vñ tante subiectõis ꝛ obedien-
tie vinculo mgr̃o suo quẽ senẽ noiant
astringunt ꝙ nil ita piculosum est aut
difficile ꝙ ad mandatuз dñi sui hylari
aĩo ꝛ ardenti voluntate amplecti ꝛ pfi
cere vereant̃. Senex aũt dñs eoꝝ pue
ros de populo suo in locis secretis ꝛ d̃
lectatõib⁹ facit nutrici ꝛ diuersis ydeo
matũ generibus diligenter imbutos ꝛ
instructos ad varias ꝓuincias mittit
cũ cultellis vt potẽtes homines taз ex
xpianis q₃ saracenis.vel q₂ ex aliqua
causa habet eos odio.vel ad p̃ces ami
corum suorum.seu etiaз ꝓpter imensẽ
pecunie precium sibi datum mandat
occidi promittens ꝓpter huiusmodi
mandati executionem longe maiores
delitias habituros in paradiso sine fi-
ne post mortem quam fuerint ille in q̃
bus fuerãt nutriti ꝙ si ꝓpter hmõi obe
dientiam eos mori contigerit marty-
res a suis iudicant̃ ꝛ inter sanctos ab
illo populo deputati in sũma habent̃
reuerẽtia. Parentes vo eoruз a magi
stro q̃ senex dicit̃ mltis muneribus di
tant̃:ꝛ si serui erãt d̃cetero liberi dimit
tunt̃.vñ miseri adolescentes seducti d̃
ꝓuẽto p̃dictoꝝ frm ad varias ptes mũ
di trãsmissi cũ tanto gaudio ꝛ d̃siderio
legationũ mortiferam suscipiũt ꝛ cum
tanta diligentia ꝛ sollicitudine ꝓfici-
unt sese variis modis transfigurantes
ꝛ aliarũ nationũ ritus ꝛ habitũ sibi as
sumentes.aliquando in spẽ mercatoꝝ

quãdoq; in specie clericorũ seu monachorũ ꝛ infinit aliis modis sese occultãtes ꝙ vix aliquis in vniuerso mũdo adeo cautus est ꝙ sibi possit ab eorum insidiis pcauere cõtra inferiores psonas aliqd machinari dedignant. Potẽtes aũt q̃bus ipi aduersant vel pcio magno se redimũt vel armati incedẽtes cum caterua satellitũ cuȝ suspitione ꝛ metu mortis sp incedũt. Hi aũt sup oẽs alios saracenos legẽ machometi ꝛ eius istituta diligenter ꝛ artissime seruauerũt vsq; ad tpa cuiusdã mgri sui q̃ naturali pditus ingenio diuersarũ scripturarũ excitatus studio xpianorum legẽ ꝛ xpi euãgelia cepit cũ omi diligẽtia legere ꝛ pscrutari admirãs xpi miraculorum virtutẽ ꝛ doctrine sanctitatẽ. ex quorum cõpassione ꝛ irrõnabilẽ cepit abhominari machometi doctrinã. ꝛ tandeȝ cognita veritate subditos suos artes maledicte legis studuit paulatim reuocare. Vñ exhortatus est eos ꝛ mandauit ꝙ vinũ cũ modestia biberent ꝛ carnes porcinas mãducarent. Tandẽ vo post multas ãmonitõnes ꝛ varias doctoris sue pdicationes in hoc oẽs cõcorditer consenserũt ꝙ relicta machometi perfidia pcepta baptismatis gra efficerentur xpiani. Ita tñ ꝙ eiusdẽ conditõnis essent ꝛ libertatis vt alii xpianorum lege subiecti isti erant tũc tpis frĩbus militie templi tributarii duo milia bisantiorũ eisdẽ annuatim psoluentes p securitate cuiusdã terre sue q̃ in cõfinio terre predictorum fratrũ sita erat q̃ multas eis molestias occasione ciuitatis inferre cõsueuerant. Prefatus aũt aȝisimorũ magister vnũ de familiaribus suis virũ eloquentẽ prudentẽ ꝛ strenuũ de quo plurimũ cõfidebat misit ad regeȝ hierosolymitanuȝ. Rex aũt intellecta causa legatõnis p tanti ppli visitatiõe ꝛ aiarum a laqueis dyaboli liberatõe deo gras agens nunciũ senis cũ sũmo honore ꝛ gaudio magnifice recepit ꝛ ipm ad pria reuertentem vt dño suo bonã regis ꝛ christianorum voluntatem ꝛ magnũ desideriũ denunciaret. ꝛ vsq; ad fines terre sue deduci precepit qui dum fines suos iam fere ingressurus tripolim ptransisset: quidam ex nostris vir belial ꝛ iniquus dei timorem ante oculos suos nõ apponẽs hoiem de regio ducatu ꝛ fidei xpianorum sinceritate confidentẽ improuisum nil ante sibi metuentem in detrimentũ xpiani nois et maxime ecclesie orientalis occidit. vñ ppls ille qui tanq; planta nouella nõdum radicatus erat in fide cũ ira magna ꝛ indignatione fidem nostram respuens ꝛ nostrorũ consortiũ suspectũ habens a tamsancto ꝛ honesto pposito resiliuit ꝛ vsq; ad tpus pñs christianos ꝛ dei ecclesiã psequi ꝛ infestare nõ pretermisit. In vno igit corporali homicidio predictus ille pditor aias innumeras interfecit. His igit ꝛ aliis innumeris monstruosis hoibus misera btlis regio orientalis corrupta ẽ. ꝛ alie q̃plures eius pnitioso exemplo sunt coinquinate contagio.

De bello saracenorũ p argumẽta cõtra fortalitium fidei.

Ctaua cõsideratio hui9 libri est de bello saracenorum p rationes contra nostrum fidei fortalitiũ suo ceco iudicio nimium efficaces non attendentes ꝙ est turris fortitudinis a facie inimici. ꝛ vt colligere potui ex diuersis libris deceȝ sũt argumenta quibus insultant contra nos. Primũ contra nomẽ christianũ. Secundũ contra christi conceptionem. Terciũ contra christi diuinitateȝ Quartum contra christi mortẽ. Quintum contra trinitatẽ psonarũ. Sextuȝ contra beatitudinem eternam in visione dei. Septimũ contra matrimoniũ

vnius vxoris tm̄. Octauū contra baptismū q̄ ad ablutionē interiorē. Nonū contra adorationē imaginū. Decimū contra veritatē vtriusq̧ legis quas dicunt esse corruptas ꝑ iudeos ⁊ xp̄ianos ⁊ nihil esse veritatis nisi quantum in alchorano continet̄.

Contendit ostendere christianos nō esse christianos.

Primū argumentū saracenorū est contra nomē xp̄ianū. Dicūt em̄ ꝙ illi q̄ vocant̄ xp̄iani non sunt christiani nec debēt vocari christiani. q2 sunt cōtrarij oibus dictis ⁊ fctis que oꝑabat̄ ⁊ dicebat ih̄s xp̄s. q2 xp̄us erat iude⁹ ⁊ seruauit sabbatū. ⁊ ip̄e dic̄ in euangelio Math. xv. Nō sum missus nisi ad oues q̄ ꝑierūt domus israel. Itē erat circūcisus. sequit̄ ergo ꝙ nihil habēt facere cū eo in pauco vel in multo imo sūt sui cōtrarij totaliter. ad hanc veneniferā oppositionē dupliciṫ respondet̄. Primo eius oppositum ex oꝑibus ostēdendo. Scd̄o ꝙ saraceni sic dicētes sūt cōtra legē suam. Primū sic ostendit̄. q2 exꝑientia teste possunt videre saraceni q̄ habitāt int̄ xp̄ianos quātā gl'iam ⁊ honorē ⁊ quāto corde xp̄iani faciūt ⁊ offerūt ih̄u xp̄o edificatis tā solennissimis ⁊ magnificentissimis ecclesijs in suo noie ⁊ sue beatissime matris ⁊ suoꝝ sctōꝝ dicatis in crucibus ⁊ calicibus patenis candelabris lampadibus ⁊ imaginibus ex auro ⁊ argento deaurato possunt iteꝝ videre ꝙ xp̄iani ieiunāt. xl. ob reuerētiā xl. dierū q̄s ih̄s xp̄s in deserto ieiunauit. ⁊ sic dicit lex saracenoꝝ de mēse romadan. q2 in eo descendit ꝙ ip̄m ieiunent saraceni data rōne ꝙ q̄ mensē cōfitet̄ ip̄m ieiunet. Quis ergo potest dicere de fidelibus ꝙ non sūt xp̄iani. ex q̄ xl. ieiunant. ⁊ sic confitentes vitam ihesu xp̄i sequunt̄ suū exemplū ieiunant similr̄. iiij. tp̄a anni ⁊ vigilias festiuitatū ihesu xp̄i sue matris. apl'oꝝ ⁊ mlt'orum alioꝝ sctōꝝ quorū festa solēnisāt nō solū cantando in mlt'a gl'ia laudes deo ⁊ illis. ſ ⁊ etiā dieb⁹ illis cessando a corꝑalibus laborib⁹ lucratiuis. Possunt etiā videre quātā deuotionē ⁊ honorē deferūt noi suo cū mlt'i ex xp̄ianis cū audiūt ip̄m noiare inclinant sua capita: ⁊ aliqui flectentes genua. ⁊ qualiter etiā eundē blasphemantes cū in iudicio accusant̄ publice puniunt̄. Non facio mentionē de secretis actibus cordis in cōtēplationibus nec d̄ lacrimis que de eoꝝ oculis sepe emanāt in magna abundatia memorando suam doctrinā. suas predicatōes. suos nobilissimos actus ⁊ ỽtuosissimos. suā vitā suā mortē. suū ad inferos descēsū. suam resurrectōnē a mortuis. multis ex eis secū resuscitatis. Itē memorādo ēt post suā resurrectōnē suā familiarē cū apl'is cōuersationem ꝑ dies. xl. anteq̄ ascenderet ad celos. In q̄bus suꝑ oēs angelos sedet ad dextrā patris sꝑ orādo ꝓ suis fidelib⁹. memorādo etiam q̄modo in mūdi fine veniet in maiestate sua ⁊ sui patris ⁊ angeloꝝ iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ꝙ dabit exeūtibus ad dexterā suā vitā eternā: ⁊ exeūtibus ad siuistrā tormenta sine fine. Quis ḡ saracen⁹ viuēs inter xp̄ianos pōt dicere nō esse xp̄ianos: nec talit̄ debere vocare illos q̄s cū tanta fide. cū tanta deuotione. cū tanta reuerētia ⁊ cū tanta gl'ia ꝯstat adorare ih̄m xp̄m. Secūdo declaro ꝙ saraceni h̄ dicētes sūt cōtra suam legē: nō dico solū illi q̄ habitant inter xp̄ianos ⁊ nouerūt supra p̄dicta: ſ etiā exeūtes in mequa loco secure eis s̄m alchoranū. cū ip̄mmet alchoranū in multis locis vocet eos xp̄ianos l'r̄e arabice noiant eos nazarenos qd̄ in idē redit. s. discipuli nazareni sic̄ xp̄iani discipuli xp̄i. q̄ ē mgr̄ oim fide-

liū.⁊ qm̄ apparuit paulo sic se vocauit
nazarenū. Dicēs ego sum ihs nazare-
nus quē tu persequeris. Sic ergo sarace
ni bñ pñt imponere fingere negare vel
affirmare de xp̄ianis q̄cq̄d eis placue-
rit qm̄ lex eoꝝ vocat eos xp̄ianos ipsi
dicūt ꝙ nec sūt xp̄iani nec ita debēt no
minari. Vñ bñ pñt cōsiderare sarace-
ni de xp̄ianis sic dicētes cuiꝰ alteriꝰ le-
gis volūt esse qm̄ nolūt affirmare esse
xp̄ianos. qd̄ tñ publice dicit lex eoꝝ
Et ideo ex q̄ suā volūtatē supponūt le-
gi sue negādo ꝙ ipa affirmat non ē mi
randū si silia faciūt de sctā sc̄ptura xp̄i
anoꝝ negādo tā irrōabilr̄ ihz filiū ma
rie esse filiū dei, quē sacra scriptura in
plibus locis veteris ⁊ noui testamenti
ꝓ tali noiat ꝙ sit filiꝰ dei suꝰ filiꝰ pmo-
genitus. suus filiꝰ ꝓprius. suꝰ filiꝰ verꝰ.
suus filiꝰ vnigenitꝰ. sic ꝙ vnꝰ solꝰ ē filiꝰ
ꝓprius dei genitus de sua sb̄a ꝓpria et
natura ⁊ nō multi. de q̄ vt nemo dubi-
taret. dicēdo iste est vel ille. deus pater
suū esse de nube loquēdo dixit eū ostē-
dendo, hic est filiꝰ meꝰ dilectꝰ. ⁊ si sara
ceni negāt sacrā scripturā quā habent
xp̄iani negāt legē suā in multis passi-
bus q̄ affirmāt ꝙ eaȝ debēt credere qꝛ
facit mētionē de scriptura moysi ⁊ ps.
dauid. de multis etiā ꝓphetis ⁊ euāge
lijs Affirmat em̄ alchoranū ꝙ illi sunt
credentes in deum: qui credūt ea que
deus iussit anteq̄ȝ machometus esset i
mūdo. Ad ea aūt que dicūt ꝙ ideo nō
sumus xp̄iani: quia non obseruamus
sabbatū nec circūcisionē. que ⁊ q̄ȝ ma-
nifeste sūt ratōnes quare lex moysi nō
debuit obseruari post publicationem
legis gratie. ⁊ excepto ꝙ moralia pre-
cepta manserūt cessauit impletis ꝑ ihe
sum mysterijs in ipsa contētis ad ple-
num in. j. libro fuit declaratuȝ. ⁊ redu-
co hic ad memoriā saltem vnū dictum
quod multū debent attendere iudei ⁊
saraceni vtentes circūcisione. ꝙ quādo
rex impleuit suuȝ pmissū si post aliqs
ducat ꝓ dimisso illud quod ipse ordia
uit bene potest intelligere ꝙ ei facit in
iuriam: quia ducendo tale ꝓ dimisso
dat intelligere nō esse impletū quod ꝓ
misit in tempore iam p̄terito ꝑ eū assi-
gnato. sic est de circūcisiōe quā deus d
dit abrae ꝓ signo cōfederatōis int̄ deū
⁊ eum quousq̄ȝ de suo semine nascere
tur ille q̄ habebat esse oim̄ gentiū bene
dictio messyas pmissus deus ⁊ homo
qꝛ ergo saraceni vtunt̄ circūcisione cō
tinuo sunt in ira dei sicut iudei, facien
tes deū mendacē ⁊ ꝑiurū nō implentē
quod pmisit ⁊ iurauit tempe determi
nato. Respondent ad hoc saraceni ex
vno falsissimo fundamento p̄supposi
to ꝙ contempta lege scripture ⁊ gratie
debent seruare solūmodo legē nature
quā abraā obseruauit: ex q̄ ipi nō legē
moysi nec xp̄i. ꝭ datam abrae soluȝ te-
nent ꝓ vera ꝙ debent esse sicut ⁊ ipse
circūcisi, ita ꝙ postq̄ȝ habita est lex ꝑfe
ctionis redeant ad legē nature in q̄ vi-
xerant ab initio mūdi: qm̄ homies nō
erant capaces maioris legis. sic̄ si post
q̄ȝ creuit in etate ⁊ est factus homo in-
telligens dicat ꝙ ei ꝯuenit loqui sicut
qñ erat puer sine sensu scire potest sic
puer. cogitare sicut puer, ludere pōt si
cut puer. cū hoc sit certū oibus homi-
nibus cū veniūt ad etatē ꝑfectaȝ debe
re facere illud qd̄ ꝑtinet ad talem eta-
tem ⁊ dimittere ea que faciebant cū ꝑ
uuli erant. Sed querendū est a sarace
nis quare circūcidunt̄. vt cum nesciue
rint respondere remaneant cōfusi i cir
cūcisione sua. Nō em̄ inuenit̄ expresse
dictū in alchorano ꝑ magistrū macho
meti ꝙ circūciderunt se ⁊ sui credētes
ꝭ isti sui credentes addiderūt dicendo
ꝙ ex q̄ fuit data lex abrahe ⁊ ipse fuit cir
cūcisus ꝙ necessaria est eis circuncisio

Circumcisio cessat

cū dicant ꝓfessores ⁊ obseruatores le-
gis abrahe ꝙ machometus fuit circū-
cisus non legit̄ in alchorano: sed in li-
bro sue generationis ⁊ vite narrat̄ ꝙ
ipo nato circūcidit eū Gabriel quan-
do balneauit cor eius ⁊ aperuit. ⁊ post
hec verba statim sequit̄. Et dicūt ꝙ na
tus est circūcisus. Ex quo ergo de sua
circuncisione dicunt duas opiniones
nullaȝ earū affirmando apparet ꝙ de
eius circūcisione nō sūt certi. nec talis
circūcisio sicut dicunt fuit circuncisio
abrahe que fuit nō ꝑ angelum sed ma
nu hois facta. ꝙ machometus nat⁹ sit
circūcisus hoc dicere est ad beneplaci-
tū. potuit machometus de facto si rex
fuit arabū vel princeps. vel subditi sui
inter se vel ex parte sua nō dei. dare su
is dimissam. quod tamen in libro suo
non continet̄ sic accidisse. Sed ꝙ my-
sterū circūcisionis datū abrahe quo-
modo iam totaliter cessauerat ⁊ fuit
anullatū potuerit iuste ordinari ⁊ con
tinuari clarū est ꝙ non. qm̄ iudei sicut
dictū est quando ea vtunt̄ sūt in conti
nua ira dei ⁊ odio de q̄bus sic dat̄ intel
ligi in eo ꝙ narrat̄ de vita machometi
nō fuit filius inter eos patre eoꝝ nō ex
pectante ꝙ angelus circūcidat puerū
quando die octaua facit eum statiȝ cir
cūcidi. ergo machometus fuit fili⁹ gen
tilis vel xp̄iani. si gentilis. videat q̄ ta-
le affirmat in qua reputatione teneret
eū mater sua videndo eū dissimilē pa-
tri ⁊ suo generi toto. si primo nō hab-
erat de ea reuelationē de qua tamē ni
hil narrat̄. ⁊ quomodo potest dici per
angelū circuncisus statim sicut natus
fuit. si natus fuit circūcisus hoc nulli
est dicere quoniā est contradictio i ter-
minis. Si iam forte dicat ꝙ circunci-
dit eum angelus in ventre matris sic̄
si a sua conceptione fuisset sanctificat⁹
⁊ in gratia dei cui nō concordant ver-
ba psalmi claritatis. Unde magister
machometi quem dyabolū intelligo
iurando per claritateȝ noctis quando
colligit̄ seu occidit. dicit sic. An nō te
inuenit dn̄s tuus orphanū ⁊ appropi-
quabit. inuenit te deuiū ⁊ direxit. inue
nit te paupereȝ ⁊ ditauit. Ecce scitas
tam ꝑ saracenos laudati religiosi ma-
chometi quē s̄m ꝙ ipsi intelligunt. de
us inuenit deuiū ⁊ direxit: ⁊ ad q̄d di-
rexit statim declarat ꝙ de paupere euȝ
ditauit: ⁊ quid dicat̄ in libro suo cōtra
diuitias cuȝ illas ⁊ luxurias ꝓmittat
dyabolus suis nō dicit̄. Sed hoc ē cer
tum q̄d difficile est ꝙ diuitias habētes
ingrediant̄ paradisum. dimittendo er
go hoc ex q̄ illud quod dicit̄ de circūci
sione machometi nō legit̄ in libro suo
ꝑ eos reputato ꝓ autentico illud ē ma
gis apparens ꝙ ipe ⁊ sui primi creden
tes ꝓ maiori vel multo magna parte
fuerūt xp̄iani nō circūcisi sed baptiza-
ti. Uerūtamē cū in alchorano dicat̄ d
magna instantia ꝑ eū ad iudeos vt es-
sent suicredentes existēti maiori labo-
re ⁊ principaliori intentione sua facien
di semper suum principatū maiorem
ꝑ eū tantū desideratū ꝓ concordia eo
rum que sibi adherebant forte fuerit i
troducta circūcisio que leuiter potuit
introduci cū in illis partibus esset mul
titudo iudeoꝝ: ⁊ est verisimile ꝙ mul-
ti eoꝝ erant neophiti ⁊ cū i m̄tis isto
ruȝ magno tempore duret affectio ad
legem moysi sicut vera ꝑ eos habita ⁊
suos patres habdēo fiduciam domini
temporalis multi illorum non contra
dicunt circuncisioni. Dicunt iterum a
liqui ꝙ durauit adhuc in illis partib⁹
heresis phariseorum ꝙ ad saluationeȝ
requirebatur cum euangelio obserua-
re legem moysi ⁊ non minus pensan-
dum est ex quo labor Machometi ⁊
suorum omnium successorum erat

adiungere principatui sic xp̄ianos sic
iudeos ⁊ gentiles ꝑ ip̄m ⁊ suos fuisse
ordinatum ꝙ sui credētes loco baptis
mi acciperēt elataher q̇ vtunt̄ qn̄ igre-
diunt̄ suas mesq̇tas. pōt ḡ alphaquini
saracenoꝝ ꝑ seipsos intelligere quāte
efficacie est ꝙ arguūt cōtra xp̄ianos ꝙ
circūcidūt se sicut fuit xp̄s: qn̄ ip̄i seip
sos reputātes ⁊ tenentes se ꝓ magnis
zelatoribus ⁊ imitatorib⁹ eius non na
scunt̄ circūcisi. nec expectāt ꝙ angelus
circūcidat eos sic̄ dicūt de machome-
to. Forte rn̄debūt ꝙ alia est rō in ma-
chometo: ⁊ alia in eis. ꝫ exq̇ in eis nō
verificat̄ ꝙ in sua ꝓphetia nō est miruꝫ
si imponēt xp̄ianis ōbere circūcidi ex
quo xp̄us fuit circūcisus sic̄ hoies ce-
ci vel debiles visus loquentes in eo ꝙ
nō vel paucū vidēt q̇ sequunt̄ ea q̄ pe-
dibus calcant vel manib⁹ palpant. sed
de eo ꝙ dicūt nō vidēt ꝙ est ante vł re-
tro ad dextrā vel sinistrā supra vel ifra
volo dicere ꝙ nō cōsiderāt causaꝫ qua
re ihs xp̄s fuit circūcisus nō habēs lo
cū in suis fidelibus postq̄ꝫ cessauit lex
moysi ⁊ fuit euacuata a virtute q̄ p̄mo
in eo erat qn̄ fuit puer. nec adhuc i no
cte ante mortē suā. q̄ꝛ fuit ꝑ eaꝫ obser-
uata lex moysi faciēdo pasca agni. vn-
de exq̇ fuit mutata substātia ⁊ natura
illarū rerū in q̇bus principalit̄ stabat
veritas legis moysi. lꝫ inueniant̄ scp̄ta
⁊ ꝙ iudei teneāt eam cū multa diligē-
tia in suis synagogis exq̇ deficit eis v̄-
tus nō obligat vt seruet̄ imo poti⁹ obli
gat vt nō obseruet̄. Qm̄ hoc est certuꝫ
⁊ notoriū oibus hoibus mūdi ꝙ non
existēte v̄tute rei significate ꝑ signū si
ille q̇ signū habebat vult ea vti sic̄ pri-
us ꝙ ipse factor reputat̄ falsus ⁊ men-
dax vel stultus sine sensu vt cū sit spe-
cialis diuisa militibus a nō militibus
quō aliquis eoꝝ suis demeritis priuat̄
a milicia si ducat eandē diuisam quaꝫ
primo ex substātia veritatꝭ habuit mu
tationē est reputatus mendax ⁊ dat̄ ei
pena ꝓ eo. non minus est ō illis digni
tatibus tam ecclesiasticis q̄ꝫ secularib⁹
q̇bus pn̄t priuari possidētes vel si nū-
q̄ꝫ habuerunt ⁊ vocant̄ tales. eadeꝫ ra-
tio concurrit circa mulieres exn̄tibus
aliȷs signis virginū ⁊ vxoratarū corru
ptarū. q̄ꝛ iste facerēt iniuriā suis maritꝭ
si ambularent in habitu in q̇ p̄mo am
bulabāt. sic facerēt iniuriā regi milites
si facta pace i se ducerēt signū quod p̄
mo erāt guerre vel ecōtra signo ip̄o fa
cto exn̄te falso: qm̄ nō est cōforme rei
ꝑ illud significate ꝓpriū. Exemplū cir
ca materiā de qua loq̇mur est de muli
ere que alio habitu vtit̄ qn̄ est virgo de
sponsata ⁊ alio qn̄ iam peꝑit. q̄ꝛ si post
q̄ꝫ peꝑit filiū vult ducere se sic̄ prius an
teq̄ꝫ pareret oēs vidētes deriderēt eaꝫ
reputātes eā mulierē insensatā specia-
liter si ip̄amet occidit suū ꝓpriū filiuꝫ
⁊ se vellet ostēdere ac si nunq̄ꝫ peperis
set. q̄ꝛ iā nō solū mˡier insensata ꝫ etiā
reputata sic̄ veracit̄ falsa ⁊ sine aliq̄ ex
cusatione. plena omī malicia. Hic ē ꝓ
prie casus synagoge societatis descen-
dentis ex semine abrahe quā oib⁹ aliȷs
dimissis generatōibus deus accepit i
fide ꝓ spōsa sua qn̄ abrahā credidit et
fuit ei reputatū ad iusticiā. Vnde ex il
illo tempore semper vixit in fide ⁊ spe
ꝙ ex illa debebat nasci messyas ꝙ non
erat in aliqua alia generatione ⁊ in si-
gnū predicte fidei abrahaꝫ sicut dictū
fuit accepit circūcisionem. Nato ergo
messya ex semine iudeoꝝ ⁊ impletis ꝑ
ipsum omnibus mysteriȷs sic est ꝙ vt
maneret in statu queꝫ primo tenebat
occidit filium ex ea natum quis pote-
rit iudicare nisi ꝙ sit totaliter sine sen-
su ⁊ plena oīm malicia. postea potuit
vti circūcisione ꝓ diuisa ei data quous
q̄ꝫ ex ip̄sa nasceret̄ filius ei ꝓmissus. ꝫ
ratio non minus culpat saracenos cō
fitentes natiuitateꝫ ihesu xp̄i ex maria

fides abrahe

lerati xp̄iani miserūt ad soldanū baby
lonie vt veniret romā asserentes ꝙ leui
ter possit totam ytaliam possidere. Tā
ta igit̄ saracenoꝝ multitudo suꝑueni-
ens intrauit ytaliam vt totā suꝑficiem
terre quasi locuste viderent̄ implere ac
ꝑ portam cenrelensem intrās vi armo
rum romaȝ cepit ciuitasq̄ leonina ex
poliat̄ oīno: ⁊ ecclesia scti Petri stabu
lū eq̄ꝝ efficit̄. ⁊ nō solū ꝑ saracenos ro
ma tunc capta fuit: sed ⁊ magna pars
thussie deuastat̄.

**Vincūt xp̄iani ⁊ expellūtur a
roma ⁊ tuscia saraceni.**

Quadragesimūoctauū bellū in
q ter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit
statim post p̄dicta. Nam ad pe
titionē pape Gregorij .iiij. supradicti
Gurgo marchio lombardie cuȝ lom-
bardis ⁊ ludouicus rex francoꝝ cum
gallicis venientes post plurima bella
saracenos cū multo effusione sanguis
a roma ⁊ tota illa terra fugauerunt. q2
dictus Gregorius papa ⁊ Ludouicus
imꝑator quasi eodem tp̄e decesserunt.
Ideo sunt notanda q̄ circa finē vtrius
q̄ contigerunt. Unde appropinquāti
bus ad morteȝ fuit maxima solis ecli-
psis tm̄ ꝙ fuit obscuratus aer ⁊ tene-
bratus sicut ī nocte ita ꝙ sidera appa
rebant. Item luna sic recessit a sole ꝙ
lumē recipe videbat̄ sicut ī nouilunio
Post h̄ egritudo impatoꝝ grauit̄ inua
sit q̇ statim ꝓuide de impio ⁊ regni et
aīe sue saluti disposuit ⁊ eccl'iastica sa-
cramenta suscepit. mītaq̄ cū deuotiōe
migrauit ad xp̄m. ⁊ gregoriꝰ papa q̄si
in eodē tp̄e diē clausit extremū. H̄ ex hi
storia collecta fr̄is iohis de padua.

**Vincūt christiani occisa sara
cenorum magna multitu dine.
⁊ eccl'ia scti iacobi edificatur ꝑ
regem alfonsum magnū ex lapi
dibus muro forti.**

Quadragesimumnonum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini octingentesimotricesimo nono imperante Lothario filio supradicti imperatoris ludouici. et sedente in cathedra petri Sergio papa. ij. Ac regnante in regno legionis rege alfonso. iij. qui fuit dictus magnus. Iste fuit filius supradicti regis ordonij. de quo supra gloriosa bella narrata sunt. Et fuit rex piissimus elemosynis clarus. ipse fecit ecclesiam sancti iacobi ex lapidibus muro et forti ope fabricata. que primo erat de terra. Eo ergo tempore predictus rex alfonsus magnus congregauit exercitum suum ex prouincialibus et vasconibus et nauarris venit contra terram saracenorum: confregit et destruxit quecunque inuenit et cepit per vim villam quandam que dicebatur tunc leticia quam ignibus concremauit et occidit omnes saracenos quos ibi inuenit et reuersus est Ouetum magnis cum diuitijs et honore.

Vincunt christiani peremptis pluribus saracenis per regem alfonsum

Quinquagesimum bellum inter saracenos et christianos accidit sequenti anno scilicet octingentesimoquadragesimo. Tunc magnus exercitus saracenorum regis Toleti venit ad percurrendum et destruendum terram regis Alfonsi magni. Cum ergo predictus rex sciuit venit cum exercitu suo ad eos: et bellauit cum eis in littore fluminis dolei. victique fuerunt saraceni. et perdiderunt ibi omnia que portauerant: ac mortui sunt ex saracenis quingenti. xl. Alij vero terga sunt dare coacti Sed et rex alfonsus secutus est eos viriliter et occidit multos ex eis ac captiuauit. reuersusque est ouetum cum magnis diuitijs et honore. In predicto bello fuit strenuissimus miles Bernardus del carpio de quo supra mentio facta est consobrinus regis Alfonsi casti. Multas enim cedes in saracenos fecit non solum zelo fidei: sed desiderio liberandi patrem suum comitem dictum sancii: de quo supradictum est. quem rex alfonsus castus in carceribus posuerat. quia sine scitu sui acceperat in vxorem sororem suam de qua predictum est Bernardum habuit. sed licet propter hoc rebellauerit regi predicto: et vt debellaret regem fecisset castrum illud quod dicitur delcarpio prope salmanticam et aluam de tormes. tamen nunquam potuit ipsum videre nisi mortuum dato castro regi cogitans ipsum recipere viuum. vt plene continetur in generali hystoria hyspanie.

Hoc bello vincunt christiani sub bernardo delcarpio. et capitur balbastrum cum alijs locis.

Quinquagesimumprimum bellum inter saracenos et christianos accidit circa idem tempus. Nam cum supradictus Bernardus delcarpio tradidit supradictum castrum regi et vidit patrem suum mortuum. fuit a rege Alfonso magno expulsus a regno suo et venit in regnum Francie. sed cum in curia regis francie non fuisset receptus sicut ipse optauerat. reuersus est versus hyspaniam. et tunc habuit cum saracenis tria magna prelia: et semper fuit victoriosus. Occidit enim plurimos eorum et habuit ex spolijs innumeras diuitias. cum quibus postea conquisiuit ex illo loco vbi predicta prelia habuit vsque barbegal. et lucratus est barbastrum et segorbe et montem album.

Vincunt christiani sub rege alfonso et liberatur coymbra ab obsidione saracenorum.

Quinquagesimumsecundum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo quinquagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsus magnus congregato exercitu suo iuit ad succurrendum

coimbriam quā tenebant saraceni obsessam. ꝛ pugnauit cū eis ꝛ deuicit eos cepitq́ꝫ eam ꝛ posuit sub dominio suo ꝛ ꝓsecutus est saracenos ꝑcurrens plures alias ciuitates.

Vincūt christiani sub rege alfonso magno. ꝛ pro tuitiōe patrie edificatur castrū magnum:

Quinquagesimūterciū bellū inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i octingentesimo sexagesimo. imꝑante luduico fratre supradicti lotharij impatoris ꝛ sedente in cathedra petri Nicolao papa p̄. Tūc supradictus rex alfonsus magnus ꝯgregato exercitu magno xp̄ianoꝝ iuit ad ꝑcurrendā terram toleti ꝛ cremauit ac destruxit quecunq́ꝫ inuenire potuit ꝓstrauitq́ꝫ multa castra ꝛ fortalicia q̄ saraceni possidebant. ꝛ captiuauit plurimos saracenos. qd̄ videntes saraceni timore magno ꝑcussi miserunt ei nuncios suos nūciātes eidē ꝙ sibi darent tributū si cōcederet eis pacē. Rex aūt alfonsus cōcessit eis treugas ꝑ tres annos ꝛ reuersus est in terrā suam cū magnis diuitijs ꝛ honore. Sed cū reuerteret cepit vnū castrū qd̄ tenebāt saraceni qd̄ dicebat quiqualubel. Istō castrū nō intrauerat in treuga. ꝛ occidit ibi multos saracenos. ꝛ post hoc fecit vnū castruꝫ magnū in maritimis asturiarū ꝓ defensione illius terre ne nauigantes inimici illā destruerēt ꝛ nomē illius castri dicit Gordon. Et intra castrū fecit vnā ecclesiam sub noīe sancti saluatoris quā fecit consecrari a duobus archiepīs ꝛ vno epō ꝙ multis donis decorauit spāliter dedit illi eccīe quandā crucē de puro auro ornatā pluribus lapidibus quā ip̄e mandauerat fieri. Fecit etiā in eccīa sancti Jacobi quandaꝫ capellā mire pulchritudinis ꝛ dotauit ꝓdictaꝫ eccīam plurimis hereditatibus ac ornauit illam auro ꝛ argento. necnō ornamentis ꝛ lapidibus p̄ciosis. Fecit etiam iste gloriosus rex alfonsus super corpa sanctoꝝ facūdi ꝛ primitiui ecclesiam mire magnitudinis ꝛ pulcritudinis. circa littus cey quā etiam dotauit ꝛ honorauit multis necessarijs.

Vincunt christiani per regeꝫ alfonsum magnuꝫ in senectute sua:

Quinquagesimūquartū belluꝫ inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit circa annū dn̄i octingentesimū octuagesimūsecūdū. Cū. n. predictus rex alfonsus magnus. xlvj. annis regnasset reliq̄t regnū ꝛ dedit illud filio suo garchie. ꝛ peregrinatus est i sanctū Jacobū. ꝛ cū reuerteret rogauit filiū suū regem garchiam ꝙ traderet sibi gentes cum q̄bus adhuc semel vel bis posset ire cōtra saracenos in senectute sua qd̄ rex Garchias concessit eidem. Iuit ergo cū exercitu magno ꝛ cremauit ꝛ depredatus est ꝛ destruxit magnaꝫ terram saracenoꝝ. ꝛ reuersus est in nauarram cum grandi multitudine captiuorum ꝛ multis diuitijs et honore. Post hoc venit samorā vbi de infirmitate sua gloriose finiuit. ꝛ sepultus est in ecclesia sancte marie ciuitatis oueti cū vxore sua regina dn̄a xymena.

Christiani per regem gersiaꝫ vincunt capto ayolas rege saracenorum:

Quinquagesimūq̄ntū bellū inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit circa annū dn̄i octingentesimum octuagesimūterciū. Cum. n. p̄dictus rex garchias post mortē patris regnaret in primo anno regni sui congregauit magnū exercitū suū ꝛ iuit ad ꝑcurrendaꝫ terram saracenoꝝ. confregitq́ꝫ multas villas ꝛ cremauit eas. ꝓstrauitq́ꝫ mul-

ta castra. ⁊ pugnauit cum quodā saracenoꝝ rege qui dicebaꝛ ayolas ⁊ deuicto bello cepit illum regē ⁊ reuersus ē in terram suā cum multitudine captiuoꝝ ac cum magnis diuitijs ⁊ honore sed cum reuertereꝛ ex culpa illoꝝ q̄ regem saracenū obseruabāt solutis a vinculis fugit. Rex p̄dictus garchias anno tercio regni sui mortuus ē feliciter in ciuitate zamore. ⁊ deductū est corp⁹ eius ad ciuitatem oueti vbi honorifice sepultus est.

Vincunt christiani sub rege ordonio secundo. ⁊ capitur ciuitas rogel:

q Vinquagesimūsextū bellū inꝛ saracenos ⁊ xp̄ianos accidit circa idez tp̄s. Mortuo. n. p̄dicto rege garchia regnauit ꝓ eo frater eius ordoneus secūdus filius supradicti regis alfonsi magni. Iste ordoneus tp̄e patris sui cōgregauit magnū exercitū ⁊ intrauit terram saracenoꝝ ⁊ ꝑcurrit illam. ꝑcurrit etiaz ꝓuinciā beticā que est terra de gualderquenir ⁊ confregit multas ciuitates cremauitq̧ eas ⁊ destruxit ac plurimos saracenoꝝ captiuauit. cepit etiam in illo primo ingressu vnam de nobilioribus ⁊ fortiorib⁹ ciuitatib⁹ saracenoꝝ que tūc dicebaꝛ roges ⁊ reuersus est in terram suam diues et cum honore.

Isto bello vincunt christiani sub rege ordonio secūdo. ⁊ capta talauera ignibus crematur

q Vinquagesimūseptimū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i octīgētesimo octuagesimosexto. Tunc p̄dictus rex ordoneus secundus ꝯgregato exercitu suo iuit ⁊ obsedit talaueram. Saraceni v̄o cordubenses ⁊ alij circūuicini cuz hec audiuerunt venerūt ad succurrenduz ad p̄dictam villam. Sed cum adiutorio altissimi rex ordone⁹ pugnauit cuz eis ⁊ deuicit eos. ꝑempti sunt etiaz ibi multi saraceni. Alij v̄o p fugam euaserunt. ⁊ tunc rex Ordoneus cepit illam villam ⁊ dep̄datus est quicq̄d ibi inuenit ꝓstrauitq̧ muros ville ac illaz ignibus cremauit. ⁊ sic reuersus est in terram suam diues ⁊ cum honore. deduxitq̧ captiuū ducem exercitus cordubeñ. Alij tamen dicunt q̧ p̄dictam cōquistam fecit iste ordoneus tēp̄e regis garchie fratris sui.

Per regē ordoneū secūdum capitur castrū albanie ⁊ christiani vinicunt.

q Vnquagesimūoctauū bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i octingētesimo nonagesimo. Tunc. n. p̄dictus rex ordoneus timens q̧ ꝑderet tp̄s suū si desisteret ab oppugnatōne inimicoꝝ fidei xp̄iane ꝓduxit exercitū suū magnū et iuit vt ꝑcurreret terraz meride. ⁊ cōfregit ac destruxit igne ⁊ ferro quicq̄d inuenit. Cepitq̧ vnū castrū q̄d dicebatur calabri ⁊ nunc dicit albame. Sic ergo post plurima certamina ⁊ victorias reuersus est in terrā suā cum multitudie captiuoꝝ vtriusq̧ sexus, ⁊ anteq̄ egredereꝛ de terra saracenoꝝ venerunt ad eum potentiores meride ac terre lucene. ac etiam rex passensis qui dicit bedadios petētes ab eo treugas ꝓpter q̄s concedendas multitudinē immēsam pecunie obtulerunt eidē. ⁊ reuersus ē legionem cum magnis diuitijs ⁊ honore. Et tunc fecit mirificū illud tēplū ecclesie maioris in eadem ciuitate vbi prius erat suum regale palacium. Iacet sepultus rex in ecclesia p̄dicta retro altare maius in pariete vbi trāsitus gētium efficiꝛ circularis. successit ei in regno filius eius alfonsus quartus q̄ regnauit quinq̧ annis sed nihil magnifi

et fecit contra saracenos. Hic motus quadā leuitate voluit ordinē intrare ⁊ de facto sic fecit renuncians regnū suū fratri suo ramiro. ⁊ cum pauco tempe remaneret in religione in monasterio sancti fecundi ꝓpe ceyam exiuit ab ordine ⁊ venit legionē. ⁊ rebellauit cum eadē ciuitate fratri suo volens iteruꝫ regnare. qđ cum frater eius rex ramirus cognouit venit sup eum cum magno exercitu quem contra saracenos parauerat. ⁊ obsedit eum in eadem ciuitate duobus annis. finaliter dedit se rex alfonsus fratri suo regi ramiro qui eum cepit ⁊ posuit i carcerib⁹. ⁊ alios duos filios regis fruele q̄ rebellauerāt ei. extraxitq̄ oclos eoꝝ. ⁊ post duos annos rex alfonsus p̄dictus cecus mortuus ē ⁊ sepultus ibi legionis in monasterio sancti pauli.

Vincūt xp̄iani per regē ramirū secundum occisis. lxxx. milibus saracenoꝝ. ⁊ captiuato rege sesar augustano ꝓditore.

Quinquagesimūnonū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit circa idem tēpus. Tunc abdarramen rex cordubeñ. ⁊ albenihaya rex cesar augustanus qui se fecerat vasallum regis ramiri cū terra sua cuꝫ multitudine graui venerūt vt ꝑcurrerent terram regis p̄dicti ramiri. ⁊ accesserūt vsq̄ ad locū qui dicit̄ simianchas. qđ cuꝫ rex ramirus sciuit exiuit cōtra eos cuꝫ exercitu suo ⁊ cōmissum est duꝝ bellū Sed cum adiutorio altissimi victi sūt saraceni ⁊ albeniahaya ꝓditor fuit captus. mortuiq̄ sunt de saracenis. lxxx. milia. Hec victoria fuit habita in die iusti ⁊ pastoris. ceteri vo saraceni fugierunt ⁊ recolligerūt se in quodā castro cum abdarramē. Sed rex ramirus insequens eos obsedit eos ⁊ captiuauit plurimos eoꝝ abdarramē furtim euadente. ⁊ reuersus est p̄dictus rex collectis spolijs campi innumerabilibus ⁊ cum rege ꝓditore vinculato ac cū multitudine captiuoꝝ in honore in ciuitatem legionensem.

Bello. lx. vincunt christiani sub rege ramiro secūdo:

Sexagesimū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini octingentesimo. nonagesimosexto. Imperante heinrico primo. ⁊ sedēte in cathedra petri Johāne. xix. Tunc p̄dictus rex ramirus secundus ꝯgregauit exercitū suū. ⁊ obsedit quoddam castrū qđ antiquit⁹ dicebat̄ agraui. nunc vo dicit̄ calatrana. Saraceni aūt alioꝝ castroꝝ circūuicinoꝝ cū exiuerunt venerūt vt succurrerent p̄dicto castro de calthrana. ⁊ cōmissum est durum bellum inter eos ⁊ regem ramirū sed finaliter victi fuerunt saraceni perempta multitudine saracenoꝝ ⁊ reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs ⁊ honore. Iste rex ramirus cum infirmaretur grauiter oueti precepit se differri ad ciuitatē legionensem vbi exexpoliauit se a regno qđ recepat a fratre suo alfonso dicens hec verba. Nudus egressus sum ex vtero m̄ris mee: ⁊ nudus reuertar illuc: dñs mihi adiutor non timebo qd faciet mihi homo. Quibus dictis aīam dedit in manib⁹ creatoris. ⁊ sepultus est in monasterio sancti saluatoris eiusdē ciuitatis quod ipe fecerat ꝓ filia sua domina elnira. et regnauit pro eo filius eius ordoneus tercius.

Vincūt christiani hoc bello. lxi. ⁊ capitur castrū de tharaco ꝑ comitē fernandū gundisalui:

Sexagesimūp̄mū bellū int̄ saracenos et xp̄ianos accidit circa annum dñi noningentesimum

Tũc regnante in regno legionis supra
dicto ordoneo tercio. Excitauit de⁹ quen
dam virũ i armis strenuũ. sibiq dilectũ
comitẽ. s. fernãdũ gundisalui. cui⁹ filia
scz dña viraca vxor supradicti reg erat
comes castelli qui ex desiderio seruiẽ
di deo incepit bella durissima ꝯtra sa
racenos. Et pmo cõgressu deuictis sa
racenis obtinuit castrũ qd dicit de tha
raco qd est situatũ in altitudine cuius
dã rupis pcise. Vnde saracenis euenit
tribulatio magna.

Vincunt xp̃iani et almansor cum. xij. legionibus bellatorũ fugatur per comitem fernãduz gundisalui cum. ccc. equitibus ex reuelatione quadã sibi facta

f Exagesimũ secundũ belluz int
saracenos et xp̃ianos accidit an
no dñi nongentesimo primo.
Tunc almanzor q erat potentior sara
cenus existentiũ circa mare sub abdar
ramen amiramamolim hispanie et re
gis cordubeñ. cum audiuit q comes
fernandus gundislai ceperat pdictum
castrũ de caraco iratus ac turbatus fu
it valde quare ꝯgregauit magnã ptãtẽ
regũ saracenoꝝ et militũ. aliarũq gen
tiũ quoꝝ numerus. xij. legionũ militũ
Vna legio est sex milia sex centũ sexa
ginta sex. Cum vero pdictus comes fer
nandus gundislaui cognouit q almã
zor veniebat cõtra eũ in multitudie taz
graui. et q mirabat dicens q nõ eẽt lo
cus in quo nõ quereret eũ misit statiz
nuncios suos p totuz castellũ vasallis
suis dicens q venirent ad eum. q2 ni
miũ eis indigebat. qui visis lr̃is para
to animo vnanimiter venerũt ad eum
cum qbus habuit consiliũ suũ qd esset
melius ire obuiam almanzor vel expe
ctare eum et inter alios miles qdaz di
ctus gundisalus didaci sic locutus est
O dñe nõ mihi videt tp̃s bellandi cuz
istis saracenis. Sed si aliquã viã posse
mus inuenire p quam istud bellũ im
pediret hr̃em ego ꝓ bono cõsilio si vo
bis placeret. nec ꝓpter hoc debem⁹ hr̃e
ꝓ incõuenienti cõtribuere eis aliquid
aliud quicqd illud esset p quod posse
mus mitigare iras saracenoꝝ et lucrari
treugas eoꝝ. q2 in multis alijs reb⁹ ex
pendunt diuitie. in hoc ergo non debe
mus excusari. q2 in bello ponit homo
aliquotiens aiam et corpus. et nihil ei p
dest aurum et argentũ et quicqd aliud.
Item saraceni sunt multi et bene arma
ti. nos vero sumus pauci et armis vacui
et si ꝓpter peccata nr̃a vincimur omẽs
erimus cõfracti et tota castella pdetur:
et ponet sub potestate saracenoꝝ. Sed
si istud bellũ non daret habere ꝓ bono
cõsilio et ꝓ meliori q nos possem⁹ face
re vt non pderemur. sic ex nr̃o defectu
nec aliquid nobis ꝓdesset sine adiuto
rio dñi nr̃i Jesu xp̃i. Dñe si locut⁹ sum
sine modo peto veniã. et dicet vnusquisq
illud qd sibi melius videt. Istud cõsi
liũ non placuit pdicto comiti fernãdo
gundislai et quasi iratus dixit. Amici
volo respondere dono grandi saluo di
daci. et enarrando quecunq dixit ostẽ
dam q nõ soluz nõ sunt dicenda sz nec
audienda. Ipse dicit primo q excuse
mus bellum. sed cum homo nõ possit
excusare nec fugere mortẽ debet mori
honorificentius quo poterit. et sic treu
gas lucramur contribuendo eis aliqd
cum sumus dñi efficeremur serui. et vñ
deberemus castellũ extrahere a pena
et oppressione in qua est amplius ei du
plicaretur. Cum ergo omnes vnde nos
descendimus feruẽter fidelitate deco
rati et in eius obseruatione gloriabant
Ideo nõ curauerũt de morte sua. et isto
mõ impleuerũt quicqd voluerũt. et pu
gnauerunt viriliter ne aliquid indecẽs
facerent. ꝓpter qd reputari pñt nec vo
luerũt habere hereditatẽ vnde ipi mi

nus valerent q̃ omnes alij viuẽtes in toto mundo. ꝛ ꝓpter eoꝝ magnã fidelitatẽ vicerũt semp inimicos suos. q꞉ ꝓpter mortis timorẽ nũq̃ errorẽ aliquẽ facere voluerunt nec aliquid qd̃ eis in inhonestũ esset. ꝛ isto mõ ipi vicerũt inimicos suos. Qd̃ ergo illi fecerũt debꝫ in memoriã nr̃am venire ꝛ cõcordãdo nos cũ eis ac eoꝝ facta obseruãdo nũq̃ errabimus. Dimittamus ergo iam enarrare parentũ magnalia ꝛ redeam⁹ ad factum nr̃m ꝑparemus nos vt eamus ad bellum. ꝛ ꝓpter mortis timorẽ nullatenus dimittamus. q꞉ cuꝫ dei adiutorio ꝛ nostre fidelitatis vincem⁹ inimicos nr̃os ꝛ extrahemus castelluꝫ a pena ꝛ cõfractione in qua est. nec eorũ multitudinẽ pauere debemus. q꞉ plus põt vnus leo q̃ decem oues. ꝛ occidẽt triginta lupi triginta milia agnos. Sitis certi amici q̧ nos vincemus alimã zor hac vice. ꝛ erit magnus honor me⁹ vester aũt maior ac de me facietis meliorẽ hoiem totius hispanie. Cum ergo ꝑdictus comes finiuit orõnem suã mouit se cum exercitu suo de loco qui dicitur muneon vbi tunc erat. ꝛ venit in locum qui dicit̃ lara. ꝛ inde ascẽdẽs equũ suum intrauit montẽ vt venationi vacaret. Inuenitq꞉ apruꝫ quendã ꝛ secutus est eum solus. aper vo fugiẽs cum recollegit se in quadã spelũca in qua solebat manere sed nõ secutus ibi intrauit quandã ecciam puam ibi ꝓpiquã. ꝛ posuit se retro altare. Eccia aũt illa tota erat exterius coopta quadam herba que dicit̃ edera sic q̧ nihil ei⁹ videbat̃ in qua tres monachi pauprime viuebant. ꝛ vocabat̃ eccia illa sanct⁹ petrus. Comes autem ꝑdictus insequẽs aprum non potuit in equo pre arborũ spissitudine intrare post aprum. descẽdit ergo de equo ꝛ ligauit euꝫ ad arborem secure. ipse vo secutus est vestigia apri pedes ꝛ ingressus est ecciam ꝑdictam. ꝛ accessit vsq꞉ ad altare vbi porc⁹ iacebat. cũ aũt respexit locuꝫ ꝛ vidit q̧ erat eccia timuit ꝛ noluit accedẽ ad altare. nec occidere aprum. lꝫ ipe multũ bene poterat illum occidere ꝛ aït. Dñe deus quem timent omnes res mundi. si ego in hoc erram tu debes mihi veniam dare. cum ego nihil scirem hui⁹ sanctitatis. q꞉ si ego sciuissem nõ intrassem ibi vt talia facerem. qnimo venissem in peregrinatõem ꝛ oblatõnes tribuissem. Sed parce mihi tu pater potentissime fili virginis marie. ꝛ da mihi vigorem ꝛ adiuua me contra gentẽ paganam que venit ad destruendã castellam. quia si tu non seruas eam ego ꝓ perdita illam habeo. tu ergo dñe illam obserua ꝛ custodi eam. Cum autẽ finiuit ꝑdictus comes orationẽ suã venit ad eum vnus triuꝫ illoꝝ monachorum qui dicebatur pelagius. ꝛ interrogauit eum quis eẽt ꝛ quid peteret. Comes vo ei nihil zelauit. dixitq꞉ ei q̧ segregauerat se a gente sua ꝛ intrauit ibi dẽ post illum apꝝ. Tũc monachus dixit ei. Rogo te ꝓpter deũ ꝛ ꝓpter tuam bonitatẽ q̧ sis ista nocte meus hospes ꝛ dabo tibi panem ordei vt comedas. quia de tritico non habeo. ꝛ dabo tibi de alijs que potero habere. Qd̃ cũ comes audiuit nõ refutauit sed cõuiuiuꝫ acceptauit. ꝛ mãsit ibidẽ illa nocte. Altera vo die demane dixit monach⁹ ille pelagius comiti. Certissime credas q̧ diriget deus negocia tua. ꝛ deuices oẽm potestatẽ illius almanzor. prelíuꝫ magnũ habebis cum eis sed certissime vinces eos ꝛ tot ex eis occides q̧ non erit numerus. Item scias certissime q̧ recuperabis vnam magnã partem terre ꝛ effundes sanguinem regum ꝛ magnatũ. ꝛ felicitas tua erit tãmagna q̧ ꝑ totum mundũ exibit sonus militie tue. Verũtamẽ scias ꝓ certo q̧ eris captus bis. Et oia que tibi dico certitudinalr

pelagius

scias sic fore vẽtuta. Sed ⁊ ante terciũ
sequentẽ diem eris positus in magno
cogitatu. qꝛ videbis totam gentẽ tuaꝫ
vltra moduꝫ pauore ꝑcussam propter
vnum terribile signum quod videbunt
nec erit ibi aliquis tam fortis ꝙ nõ lan
guescat timore. Sed tu statim cõforta
eos melioribꝰ verbis q̃bus poteris ex-
ponendo signũ ⁊ ipi statim ꝑdẽt timo
rem. ⁊ exnunc vade feliciter. inuenies-
qꝫ omẽs tuos tristes planctus ⁊ luctus
ꝓpter te facientes ⁊ cogintantes ꝙ sis
captus vel mortuꝰ a saracenis. ⁊ ꝙ ma
neant sine dominio ⁊ sine aliquo tuto
re. Sed rogo te ⁊ peto istud donum ꝙ
postq̃ deuiceris campũ recordaris hꝰ
pauꝑcule societatis ⁊ huiꝰ tam pauꝑri
mi loci ⁊ tam pauꝑis hospitalitatis sic
recepisti. qꝛ nos tres monachi sumus
soli facientes pauꝑem vitam. ⁊ si deus
nobis nõ mitteret suã mercedẽ deuora
rent nos bestie fere hꝰ montis. Comes
ṽo rñdens ei dicit: frater pelagi amice
nõ timeatis ꝑdere seruitiũ qꝺ mihi fe-
cistis. qꝛ si deus concedit mihi hãc litẽ
vincere. ego ꝓmitto huic loco totã me-
am quintã ꝑtẽ oĩm que lucratus fuero
⁊ vltra hoc cuꝫ mortuus fuero hic p̃ci
piam sepeliri corpus meũ. vt hic locus
factus ꝓpter me sit melioratus ⁊ magis
honoratus. faciamqꝫ alterã eccłiaꝫ ma-
iorem hac vbi possint manere plures
monachi et maior conuentus. Et da-
bo eis in quo viuant ⁊ omnia que eis
necessaria fuerint. Sic ergo facto vale
venit p̃dictus comes in p̃dictũ locum
de lara. ⁊ inuenerat suos sic dixerat pe
lagius monachus. sed eoꝝ tristicia ver
sa est in gaudiũ ⁊ leticiam. Narrauitqꝫ
eis oĩa que sibi acciderant cum mona-
cho pelagio. Altera aũt die p̃cepit mo
ueri gentes eius qui ita pauce erant ꝙ
mille saraceni erant ꝓ vno xp̃iano. Sꝫ
lꝫ essent pauci erant tñ optimi milites
⁊ habebant bonũ cor adiuuandi dñm
suũ. Venerunt ergo ad locum vbi mu
tuo se videbant xp̃iani ⁊ saraceni. ⁊ tã-
ta erat multitudo saracenoꝝ ꝙ mõtes
⁊ valles videbant coopri eis. veniebãt
qꝫ sonantibus tubis ⁊ anafilis ⁊ faciẽ
tes magnũ tumultũ. ac cum grandi le
ticia cogitantes ꝙ vincerent ⁊ caperẽt
oẽs illos xp̃ianos. ⁊ tãta erat multitu
do ⁊ magnitudo vocum illoꝝ ꝙ vide-
bant ꝙ totus mundus veniebat ibideꝫ
Comes aũt fernandus gundisalui exi-
stens in loco suo oĩa circũspiciens cu-
piebat se iam videre cũ illis. Et ecce il-
la hora accidit signuꝫ qꝺ sibi p̃dixerat
monachus pelagius. quia vnus de mi
litibus eius fortissimis ascendit equũ
vnum pulchꝝ ⁊ velocẽ. vrgensqꝫ cũ cal
caribus vt exiret ante eos aꝑta fuit ter
ra ⁊ deglutiuit eum cũ equo suo. Tũc
fuerunt oẽs ꝑcussi timore magno dicẽ
tes. ꝓpter peccata nr̃a istud accidit no-
bis. ⁊ bene apparet ꝙ deus dereliquet
nos. ⁊ fuerat nobis melius consiliuꝫ si
reuersi fueramꝰ. qꝛ ocularit videmꝰ
ꝙ deus vult iuuare saracenos. quõ er-
go nos poterimus ire cõtra eũ. Sꝫ tũc
virtuosus ille comes dixit eis. Amici
non faciatis sic, nec velitis lucrari ma
lũ nomen ꝓ semꝑ. nec ꝑdatis cor sine
vulneribus. nec ostendatis in vobis ta
lem pusillanimitatẽ. qꝛ ego volo vobis
ostendere quid vobis ostendit istud si
gnũ. Unde ex quo nos facimus terrã
submergi cuꝫ sit tam dura ⁊ tam fortis
quid aliud erit qꝺ nos possit sufferre.
Et vos omnes estis hoies alte nobili-
tatis. ⁊ video nunc corda vr̃a languen
tia timore cõtra gentes que nõ sunt ni-
si vmbra. ⁊ iõ vos nolite timere qꝛ ego
hac die desiderabã me videre cũ almã
zor in campo. ⁊ exꝑiri quõ scitis castel
lã custodire dñm vr̃m. Postq̃ ergo p̃-
dictus comes finiuit sermonẽ suuꝫ re-
sumptis viribus suoꝝ militũ. sicut vir
sapiens in bello p̃cepit deuolui vexillũ

ſuū. ⁊ iuit virili aīo ⁊ ſine timore ꝑcute
re ſaracenos ibantqꝫ caſtellā clamātes
caſtilla caſtilla. Cōmiſſum eſt ergo du
rū bellū. ⁊ milites xp̄iani intantū fuerīt
accenſi deſiderio pugnandi ⁊ adiuuā-
di dn̄m ſuū ꝙ nihil cogitabant de mor
te ſua. tāſtrēnuiſſimi ergo fuerunt ꝙ vi
cerunt poteſtatē ſaracenoꝝ. ⁊ fugit Al
manzor cū paucis. Hac die deus ma-
nifeſte oſtendit ſuā poteſtatē in hoc ꝙ
tres centi milites xp̄iani tantā multi-
tudinē ſaracenoꝝ ⁊ tā potentē virū ſicꝫ
erat almanzor vicerūt. Victis ergo ſa-
racenis fugierunt a campo. Sed ⁊ co-
mes fernandus gundiſalui ſecutuſ eſt
eos cum aliq̄bus de ſuis. ⁊ occidit plu
res eoꝝ. ⁊ expoliauerunt campū victo
ria habita. ⁊ inuenerūt in tētorijs mul
titudinē auri ⁊ argenti. ⁊ vaſa ⁊ arma:
⁊ alia plura. ſic ꝙ facti fuerūt ditiſſimi
ꝓ ſemꝑ. Et exinde venit predictus co-
mes cū oībus ſuis ad ſupradictū mo-
naſteriuꝫ ſancti petri. ⁊ dedit ibi multa
donaria que inuenerat in tentorijs ſa-
racenoꝝ. deditqꝫ multitudinē diuitiaꝝ
monacho pelagio amico ſuo. Et reuer
ſus eſt in ciuitatem ſuam burgeñ. cum
oībus ſuis vbi aliquibus diebus ſtetit
ꝓpter vulnera ſananda illoꝝ qui in bel
lo vulnerati fuerant.

Hoc bello. lxiij. vincunt chri-ſtiani per comitē fernandū gundiſalui plurimis ſaracenis ca-ptis ⁊ trucidatis:

Sexageſimūtercīū bellū inter ſa
racenos ⁊ xp̄ianos accidit circa
idē tp̄s. Tunc ſaraceni dolētes
de victoria quaꝫ habuerat p̄dictus co-
mes fernandus gundiſalui. ⁊ ſcientes
ꝙ ipe cuꝫ rege ordoneo. iij. ſupradicto
erat vinculo amoris colligatus. cōgre
gauerūt exercitū magnū. ⁊ venerūt ſu
per ſanctū ſtephanuꝫ de gormatio qui
eſt in littore dorij. ⁊ obſederunt caſtruꝫ
illud ⁊ ꝑcurrerunt totam terrā vſqꝫ ad
burgis. quod cū ſciuit p̄dictus comes
fernandus gundiſalui venit anioſe cō
tra eos cuꝫ militia regis ⁊ ſua. ſecutuſ
qꝫ eſt eos vſqꝫ dorū bellans ⁊ occidēs
plures eoꝝ. deuictiſqꝫ ſaracenis reuer-
ſus eſt in terrā ſuā cuꝫ multitudine ca-
ptiuoꝝ diuitijs ⁊ honore. Eodeꝫ anno
mortuus eſt p̄dictus rex ordoneus. iij
zamore. ⁊ ſepultus ē in eccia ſancti ſal
uatoris ciuitatis legioneñ. quā cōſtru
xerat pater eiuſ. ⁊ regnauit poſt eū ſan
xius prim⁹ qui fuit dictus groſſus ex
eo ꝙ pre pinguedine equitare nō pote
rat niſi cū difficultate. Iſte fecit pacem
cum ſaracenis. quia curauerunt euꝫ a
pinguedine ſua. regnauit octo annis ⁊
occidit eū quodaꝫ venenato pomo co-
mes gundiſaluus qui dominat̄ vltra
dorium. ⁊ ſic iſte qui nihil glorioſuꝫ fe
cit cōtra ſaracenos male finiuit. Iacet
ſepultus apud legioneꝫ in eccia ſancti
ſaluatoris iuxta patrem ſuū. Et regna
uit ꝓ eo ramirus tercius filius eius.

Vincunt xp̄iani ꝑ comitē fer-nandū gundiſalui: ⁊ fugatur ſe-cundo almanſor perempta in-numerabili multitudine ſarace-noꝝ.

Sexageſimūquartū bellū inter
ſaracenos ⁊ xp̄ianos accidit an
no dn̄i nongenteſimo decio
quinto. Tunc ſupradictus Almanzor
dolens nimiuꝫ quia eum defecerat co
mes fernandus gundiſaluus. ſicut di
ctū eſt ſupra. lxj. tranſiuit vltra mare i
affricam. ⁊ p̄cepit p̄dicari per omnem
terram ſaracenoꝝ ꝙ venirent ad adiu
uandū eum contra xp̄ianū hiſpanic. ⁊
ad defendendū terram quam ſui p̄de
ceſſorres lucrati fuerant. Saraceni au
tem cum audiuerunt hanc p̄dicatōeꝫ
ꝑ totam terrā diuulgataꝫ venerunt ad

cum sine numero . sicut qui veniūt ad
indulgentiā cruciate quā nos xpiani fi
deliter accipimus cuꝫ sedes aplica de-
bitis circūstantijs compensatis illā cō
cedit. ⁊ vltra ꝑdictas gentes innume-
ros. cōgregauit etiam ille almanzor to
tam ptātem andaluzie. ⁊ sic venit cum
exercitu quasi innumerabili contra ca
stellam. vt destrueret totā terrā. ⁊ vt ca
peret ꝑdictum comitem ⁊ occideret si
posset. Que omnia cum cognouit ꝑdi
ctus comes fernandus gundisalui cō-
gregauit silr omes castellanos. ⁊ venit
ad locuꝫ qui dicit predra vita. Sarace
ni vo erant in vacinas. Comes autem
reliquit gentē suam in eodem loco de
predra vita. ⁊ ipe solus cuꝫ duobus mi
litibus iuit velociter ⁊ secrete. vt vide-
ret monachū pelagium amicū suū su-
pradictū qui ei dixerat altera vice ꝙ vi
ceret certitudinaliter almāzor . ⁊ signa
que accidere habebant. ⁊ cū accessit ad
locū dictū est ei quō iam decesserat a ꝑ
senti vita. qd cū comes audiuit ꝯtrista-
tus est valde. ⁊ ingressus ē ecciam illaꝫ
vt rogaret deum vt secum faceret miaꝫ
flexis ergo genibꝯ ante altare fecit hāc
orōnem in habundātia lachrymarū di
cens. Dñe cū magno amore tibi seruiē
di ego sustinui multa aduersa ⁊ dimisi
multa solatia. ⁊ sum in maxima inimi
citia cum saracenis ⁊ xpianis. qr reges
hispanie timore saracenoꝝ obliti sunt
tui qui es dñs eoꝝ. ⁊ facti sunt vasalli.
⁊ cuꝫ ego ꝙ timore mortis errabāt ma
le contra me. Ego nunꝙ volui socitatē
nec amorē eoꝝ. ⁊ sic remāsi ego solus
ab omnibus derelictus inter omnes q
videntes me segregatū ab oibus vt ini
micū me respexerunt. Et cum saraceni
cognouerūt ꝙ nolebāt eis obedire cō-
gregauerūt magnos exercitꝯ vltra ma
re ⁊ citra mare ⁊ venerūt sup me. ⁊ ego
cum tuo adiutorio deuici saracenū al-
manzor ⁊ oēem eius ptātē ⁊ occidi ibi
plures eoꝝ. Tu dñe dixisti ꝑ Esaiā pro
phetā ꝙ nunꝙ deficeres tibi seruienti-
bus. ego aūt omēs alios reliqui vt tibi
seruirē. peto ergo dñe ꝑ mercede ꝙ ha
beam ego tuū adiutoriū. ⁊ vt defendas
castellā. qr tota terra affrice venit super
me. ⁊ da mihi sensum ⁊ fortitudinē vt
ego vincam hunc saracenū almanzor.
⁊ oēem eius ptātem. ⁊ cum faceret au-
guratōem captus est quodā dulci som
no ⁊ dormiuit ibi an altare. Apparuit
ꝙ sibi ille monachus sanctus pelagiꝯ
indutus vestibus candidis sicut nix. ⁊
dixit ei dormis fernāde gundisalui sur
ge ⁊ vade ad gentē tuam . qr deus con
cessit tibi quicqd postulasti ab eo. ⁊ sci-
as certitudinaliter ꝙ vinces saracenū
almanzor et oēm eius ptem. ⁊ ꝑdes ibi
multos d gente tua. ⁊ adhuc dixit tibi
plus dñs noster. ꝙ qr tu es eius vasal-
lus ⁊ ei facis seruitiū toto corde ꝙ mit
tit tibi aplm iacobū. ⁊ me cum multi-
tudine angeloꝝ ad adiutoriū tui. ⁊ ap-
parebimus omnes in bello cuꝫ armis
albis. ⁊ quilibet nrm ducet crucem in
suo vexillo. ⁊ cū saraceni viderint nos
vincebunt ⁊ dimittēt tibi campū. ami-
ce dixi tibi qd mihi mandatū fuit dece
tero volo recedere. ⁊ sic recessit a predi
cto comite. vigilans g ipe ⁊ cogitās in
illa visione orando deū humiliter. au-
diuit quandā vocē dicentē sibi surge ⁊
vade in viam tuā. qr iniuste ꝯ me agis
cuꝫ tantū demoraris ⁊ nō des treugas
almanzor. nec facias cum eo paceꝫ ali-
quā. facies aūt de gente tua tres acies
⁊ intrabis tu cum paucioribus ex par
te orientis. ⁊ in illa acie ego ero tecum.
ꝑcipies etiā ꝙ secunda acies ingredia
tur ex pte occidentis. ⁊ in illa acie erit
beatus iacobus. Tercia vo acies intra
bit ex pte aquilonis. ⁊ si sic oia feceris
non dubites quin deuincas almanzor
⁊ ego sum enulianus qui tibi venio h
nūciare. ⁊ scias ꝙ durabit bellū tribus

diebus. Postq̃ sanctus enulianus p̄dicta nunciauit exiuit comes a sancto petro ꝛ venit velociter in p̄dictū locū de predra vita vbi dimiserat gentē suā quā inuenerat iratam contra se dixerūt q̃ ei. dn̄e sine modo facis magnū malū. ꝛ si errauerītis iuste accidet vobis. q̄ sicut latro qui egredit ad furandū segregamini ꝛ lꝫ vos queramus inuenire nō possumus. ꝛ sumus in hoc valde mali. q̄ tantū vos sufferimus. Vn̄ petimus ꝓ mercede q̄ nō faciatis nos ꝓditores. q̄ nunq̄ fuerūt patres nostri nec parentes nr̄i. nec vnq̄ fuerūt i mūdo fideliores q̄ illi vnde nos veniam⁹ Comes aūt fernandus gundisalui rn̄dit. Amici rogo q̄ me audiatis. q̄ non resipisco de hoc q̄ feci. ꝛ cū sciueritis. non iudicabitis q̄ tantū errauī. q̄ ego iui ad heremitoriū sancti petri vt viderē amicū meū fratrem pelagiū. ꝛ cum accessi audiui q̄ erat mortuus. ꝛ ostenderūt mihi locū vbi iacebat sepultus. Et deinde intraui ecciam ꝛ fudi orōnē ꝛ venit ad me p̄dictus monachus vbi iacebam dormiēdo. dixitq̄ mihi exsurge amice q̄ hora est. excitatus autē nihil potui videre. ꝛ sic existens audiui vocē magnā mihi dicentē de celo s̄m intellectū meū. Comes fernande gundisalui. surge vade viam tuam. q̄ die tercia vinces almanzor ꝛ oēm eius potestatē reprehendit etiam me q̄ tantum tardabā. ꝛ q̄ ille cuius amore pugnabā adiuuaret me. ꝛ q̄ in heremitorio illo alia vice fui bene cōsultus. sic q̄ deuincerē almanzor. Iō nunc iterum iui vt haberē consiliū cū illo amico meo pelagio. Et vt seruarē vos omnes ne ꝓpter defectū meū erraretis. q̄ necessarium est vobis consiliū dei ꝛ hoim. q̄ ex quo almanzor tammagnū exercitū cōgregauit multū interest nobis vt taliter faciamus q̄ deum habeam⁹ ꝓ nostra parte. Et iō sumus oēs bōi milites q̄ non possumus fugam accipe ex aliqua pte. Et lꝫ velimus ire in aragoniā vel nauarrā. vel ad oēs alios vicinos nostros oibus sumus odiosi. ꝛ si peccatis nostris exigentibus victi fuerimus omnes vindicabunt de nobis. ꝛ erim⁹ captiui ꝛ miseri filijq̄ nr̄i capient a sarracenis. Qui aūt iacet captiuus priuatur omi bono ꝛ vellet plus mortē quā vitam cum videt sua hereditari ab inimicis suis. que vobis dico oīa bene intelligitis. ꝛ si ꝓpter peccata nunc sum⁹ victi nūq̄ nr̄a recupabimus. Dico aūt vobis ex parte mea que cogito facere q̄ lꝫ ipi vellent me accipe ad vitā. scitote q̄ citius occidam meipm̄ q̄ me tradam captiuitati. Et iō oportꝫ q̄ firmetis inter vos q̄ quicunq̄ fugerit a campo vl' se dederit captiuitati timore mortis q̄ sit ꝓditor. ꝛ cū mortu⁹ fuerit q̄ sit cum iuda in inferno imppetuū. Cum aūt castellani audierūt que dixit predictus comes placuit eis oino ꝛ oēs inierunt fedus inter se q̄ ante se exponerēt morti q̄ se dare captiuitati. Altera ergo die de mane p̄cepit p̄dictus comes q̄ omnes armarent vt darent bellū sarracenis. ꝛ ordinauit acies suas sic ei p̄ceptū fuerat in eccia sancti petri. mandauitq̄ donogustio gūdisalui d̄ salas. ꝛ filijs suis ac duobus ꝯsobrinis comitis q̄ irent in prima acie in qua fuerūt ducenti milites. Deditq̄ eis sex milia peditū d̄e montaneis qui omnes erāt homines veloces ꝛ valentes. In secunda acie posuit ꝓ duce donūlupū de viscaya cum illis determināya et de birnana ꝛ de castella veteri de castro ꝛ de asturijs fuerunt. fueruntq̄ in summa ducēti milites ꝛ sex milia peditū. Comes do fernandus gūdisalui fuit in tercia acie. ꝛ cum eo rodericus de conia ꝛ nunnos d̄ cama. ꝛ belas qui quos ipa die comes fecerat milites viginti etiā scuti feri sui quos etiam eadem die fecerat

milites sūma oim istius aciei fuit qnq̄
ginta militū ⁊ triū miliū peditū. prece-
pitqꝫ oibus p̄dictus comes ꝙ si prima
die nō possent vincere saracenos cū au
dierint buccinā suam ꝙ retraherent se
a ꝑlio. ⁊ omēs cōgregarent̄ sub vexillo
suo. Postq̄ꝫ ergo omnes sic ordinauit
venerunt omnes in tentorijs suis. ⁊ ve
niente nocte viderunt ꝑ aera rabidum
quendā serpentē venire sanguine cruē
tatū: ⁊ quasi vulneratū emittētē tā for-
tes abiles ꝙ nullus fuit ibi tam audax
quin timeret ⁊ tāmagnos igneis emit
tebat ꝑ os ꝙ oēs de exercitu se videbāt
adinuicem. Cū aūt hec viderēt excita-
uerūt comitē qui iam dormiebat. ꝫ tn̄
cum ipe surrexit iam serpens ille trāsi-
ret. Attendens aūt p̄dictus comes po-
pulum suū pauore ꝑcussum. q2 ex illa
visione ꝯceperant ꝙ erāt vincendi a sa
racenis. Precepit ꝙ oēs cōgregarent̄
ad eum. dixitqꝫ eis. Amici isti saraceni
sunt incātatores ⁊ nigromantici ⁊ suis
inuocatōibus vocant diabolū q̇ ꝓ eis
facit multa pauorasa. Aliquis aūt sara
cenus qui ista scit facere fecit illam vi-
sionē ꝑ aera apparere vt eos terreret ta
li arte mala. cum ergo vos sitis hoīes
intelligentes bene debetis scire ꝙ dia-
bolus nihil vobis facere pōt. q2 bn̄ no-
scitis ꝙ dn̄s noster iesus xp̄c ꝑtātez eis
abstulit. cōmendemus nos ergo deo q̇
oia fecit. q2 ipe potentissimus dandi ⁊
tollendi quicq̇d voluerit. ⁊ nihil ꝓpter
talia signa demus. Eat ergo vnusquis-
qꝫ in hospiciū suū ⁊ d̄ bono mane sitis
oēs armati in campo. Adiuuabit em̄
nos deus pater sua pietate. ⁊ de hoc si
tis certissimi ꝙ vincemus eos. talibus
ergo verbis comitis cōfortati oia sic fe
cerunt. ⁊ in gallicantu surrexerūt oēs
⁊ audierunt missam suam. orauerūt ac
de peccatis suis cōtriti ⁊ ꝯfessi fuerunt
⁊ rogauerūt deū ꝙ adiuuaret eos con
tra saracenos. Post hec equitauerunt
omnes bene armati oibus armis suis.
⁊ cum venit aurora parauerunt acies
suas sicut eis mandauerat comes. Sa
raceni silr̄ parauerunt acies suas ⁊ cō-
missum est ꝑliū magnū mortuiqꝫ sunt
multi ex vtraqꝫ parte. occiditqꝫ p̄dict⁹
comes quendā regem affrice saracenū
⁊ impletus est campus corporib⁹ mor-
tuoꝝ tā ex xp̄ianis q̄ꝫ ex saracenis. nec
alteri partiū cōcessa est victoria eodem
die. Verūtn̄ expulerunt xp̄iani sarace
nos a tentorijs suis ⁊ manserunt ipi il-
la nocte in eisdem in q̇bus inuenerunt
omnia necessaria. steteruntqꝫ ꝑ totam
noctem armati. Altera aūt die ordina-
te sunt acies in campo ex vtraqꝫ parte.
⁊ venerunt saraceni cōtra xp̄ianos ma
gnis vocibus acclamentes intantuz ꝙ
videbat̄ ꝙ totus mundus descendebat
in ꝓfundū. xp̄iani silr̄ audita missa ex-
euntes contra eos inceperūt prelium:
⁊ durauit per totam diez nec tamē vna
pars alteram vincere potuit. Fuerunt
⁊ in hoc secundo bello etiā multi mor
tui ex vtraqꝫ parte. ⁊ plurimi vulnerati
⁊ reuersi sunt xp̄iani supueniēte nocte
in tentorijs suis ceci tristes ⁊ vulnerati
Et prima vigilia noctis p̄cepit comes
p̄dictus vocari omnes suos ad se dixit
qꝫ eis. Amici rogo ꝙ sitis fortes ⁊ n̄ lā-
gueatis propter angustias p̄teritas. Di
co ei vobis in veritate ꝙ cras vsqꝫ ad ho
ram nonaz habebitis maximū succur-
sum taliter ꝙ vincetis bellum istius sa-
raceni almanzor. Si ergo vultis ꝙ vin
dicam⁹ nos simus cras bono mane in
campo omnes ante solis ortum. ⁊ viri
li animo in eos irruentes nō dem⁹ eis
spacium. quia scitote ꝙ ꝑvim dimittēt
nobis campū. ⁊ dico vobis ꝙ euadere
non poterint quin sint mortui vel victi
Ibimusqꝫ post eos ⁊ vindicabimur de
malis que nobis intulerunt. Sum em̄

bene securus de nobis ꝙ non erim⁹ vi-
cti. Citius enim nos permitterem⁹ mo
ri ꝙ̄ tali pati. Post verba comitis vnus
quisqꝫ iuit in mansionē suam dormie-
runt ⁊ quieuerunt. Surgentes aūt bo-
no mane sicut eis p̄ceptū fuerat arma
uerunt se ⁊ saraceni silr̄ ac exierunt in
campū vt bellarent. Cōmissuꝫ est ergo
durissimū bellum inter vtrosqꝫ. ⁊ xp̄ia
ni ducebant ante se signū crucis domi
ni nostri iesu xp̄i orantes toto corde vt
deus iuuaret eos contra inimicos su-
os. ⁊ tam grandis erat sonus lanceaꝝ ⁊
ictus ensium ac alioꝝ armoꝝ ꝙ longis
sime audiebant̄. ⁊ lꝫ multi xp̄ianoꝝ in
terissent. d̄ saracenis tamen nō erat nu-
merus intantū vt habeant ꝙ enarrant
viuentes. Et p̄dictus comes vidit ꝙ al
tiores homines sue aciei erant mortui
⁊ ꝙ alij erant deordiati ⁊ tristes. ⁊ ꝙ ci-
to possent deuinci si nō succurrent̄ ir-
ruit in saracenos viriliter animans suos
ad victoriam. sed tot fuerūt mortui de
xp̄ianis ꝙ non cogitabat iaꝫ amplius
redire in castellaꝫ. Cū ergo esset in ma-
xima pressura incepit ſ̄mente orare deū
manibus pugnans ⁊ dicens. Dn̄e ex q̄
non possuꝫ hanc litem eradicare nolo
liberare vitam meam licet possim. q̄a
intrabo talem locum prelij vbi occidar
quia si euadereꝫ mortē postmodū mo
rerer pre dolore videns castellā sub po
testate saracenoꝝ. Et licet nos sumus
magni peccatores cōtra nos nolite ira
sci. ne velitis totam hanc terrā destrue
re esset etiam magnum malum si per-
deretur terra tam honorabilis ⁊ tā bo-
na. O domine iesu xp̄e ⁊ quare nō im
plestis que mihi misistis nunciari. ꝙ. s.
succurreretis in hoc bello. ⁊ si ego non
defeci vobis quare vos deficitis mihi
⁊ quia sic est ꝙ vos non estis contem-
ptus de me in aliquam culpam ego ce
cidi. Recipite ergo hunc comitatum
meum in vestra custodia al's totum de
strueretur radicitus. Cum ergo comes
p̄dictus talia inter se ⁊ deum loqueret̄
querulose licet semper pugnans virili
ter audiuit vocem quandam de celo di
centem sibi fernande scias ꝙ crescit ti-
bi magnū adiutorium. magnus enim
succursus accedit ad te. Cum autem p̄
dictus comes eleuauit oculos suos in
altum ⁊ videret quis esset qui secum lo
quebatur. Et ecce vidit apostolum ia-
cobum stantem super se cum multitu-
dine militū ⁊ militaribus splendenti-
bus armis crucis signo insignitis ſ̄m
ꝙ sibi videbatur qui omnes ibant po-
tentissime ꝑcutere saracenos aciebus
suis ordinatis. Quos cum viderūt sa-
raceni timore magno percussi sunt ne-
scientes quid facerent mirabantur etiā
multum vnde venerant ille gentes ar-
mate ⁊ insignite omnes vno signo. Di
xitqꝫ Almanzor. Quid potuit hoc esse
vel vnde potuit euenire taꝫ magna po
testas comiti fernando. Et cum xp̄iani
qui iam erant quasi victi viderūt apo-
stolum iacobum iam fortificati sunt et
resumptis viribus irruerunt in sarace
nos ⁊ occiderunt multitudinē magnā
eoꝝ. Alij v̄o terga sunt dare coacti fu-
gientib⁹. ergo saracenis a campo secu-
tus est eos comes predictus duob⁹ die
bus ⁊ duabus noctibus. ⁊ occidit plu-
res eoꝝ. alios auteꝫ captiuauit. Quar
ta autem die reuersus est cū gente sua
ad locum predicti belli de bacinas. et
quesierunt christianos mortuos inter
saracenos mortuos. volebat eniꝫ vnus
quisqꝫ ducere mortuum suum in locū
suum. Sed nobilis comes dixit eis. nō
habeo ꝓ bono vt ponatis dolorē in lo-
cis vr̄is. q̄ꝛ planctib⁹ ⁊ lacrimis ñ pote
rim⁹ aliquē eoꝝ ad vitā reducē. recipite
ḡ cōsiliū meū. Ego habeo hic vnū he-
remitoriū q̄ est locus valde honorabil'

⁊ haberē ego ꝓ bono ꝙ ſepelirent̄ ibi. Ego etiam ꝓmiſi ꝙ corpus meū ibi ſepeliet̄ cum mortuus fuero ⁊ pugnabo vt locū illū diuitijs ⁊ honore cōpleam feceruntq̄ omnes iuxta cōſiliū comitis. ⁊ ſepelierūt ibi mortuos ſuos. Dicit̄ nunc locus ille ſanctus petrus ď arlancha. vbi fuerat ille ſanctus mōachꝰ pelagius. ⁊ reuerſi ſunt vnuſquiſq̄ in locū ſuum cum magnis diuitijs ⁊ honore.

Vincunt chriſtiani ⁊ angelus dn̄i pugnat ꝓ milite miſſas audiente cum deuotione:

ſ Exageſimūquintū belluz inter ſaracenos ⁊ xp̄ianos accidit circa annū dn̄i noningenteſimum octauū. Tūc mortuo ſupradicto rege ſanctio ⁊ nobili comite fernādo gundiſalui. ⁊ regnante ramiro tercio filio p̄dicti regis: cum comes gratias fernandi filius p̄dicti comitis fernandi gūdiſalui eſſet in caſtro ſancti Stephani ď gormacio. quē ipe vi lucratus fuerat a ſaracenis ibi exiſtēs habuit multa bella cum ſaracenis. ſed vnū ſignāter hic annotabo ꝓpter vnū ſingulare miraculū qđ ibi accidit. Dolentes. n. ſaraceni de perdito caſtro quadā die venerunt i multitudinē magna de gormacio ad vadum qui dicit̄ eleaſtaial. Quod cuz p̄dictus comes ſciuit exiuit ad eos cum ſuis audita vna miſſa ⁊ cōmiſſum eſt durū bellū inter vtroſq̄. miles aūt quidā p̄dicti comitis q̄ dicebat̄ fernandꝰ cuotobinos remanſit armatus genibꝰ flexis in eccia p̄dicti caſtri audiēs alias miſſas que dicebant̄ a mōachis quos ibi deduxerat comes a monaſterio ſancti petri de arlancha. habebat. n. miles ille in cōſuetudine nō exire ecciam q̄uſq̄ oēs miſſe eſſent finite. Angelꝰ aūt dn̄i eius figura in ꝑſona armis ⁊ equo aſſumpta apparuit in bello qui tā fortiter bellauit ibidē ꝙ nullus ei ſimilis fuit Nam iſte occidit militē illū ſaracenuz q̄ ducebat vexillū ſaracenoꝝ. ꝓpter qđ factū eradicati ⁊ victi fuerūt ſaraceni. Reuertentibus ergo de bello cū victoria querebat comes ꝓ illo milite fernādo cuotobinos q̄ tam viriliter ſe habuerat ⁊ nō potens ipm̄ reperire in cāpo miratus. venit in caſtrū ⁊ inuenit quō miles ille erat clauſus in eccia p̄ verecundia nō auſus apparere. q̄r nō fuerat in bello. ⁊ ſic vocato ad ſe ac cognito miraculo inuenit in lorica eiꝰ ⁊ armis ſui equi oia ſigna ictuuz que ſibi in bello dederant ſaraceni. ſicut ipi viderant et intellexerūt oēs ꝙ ꝓpter deuotōez quā ille miles habebat in auditōe miſſarū: deus miſerat angelum ſuū in eius effigie. vt ſuppleret vicē eius in campo tēpore illo. ⁊ dederunt omnes ꝓpter tam manifeſtū miraculū gratias deo ⁊ virgini glorioſe.

Meritis apoſtoli ſancti iacobi vincunt chriſtiani percuſſis grauiſſima infirmitate ſaraceni

ſ Exageſimūſextū bellū inter ſaracenos ⁊ xp̄ianos accidit āno dn̄i noningenteſimo triceſimo tercio. Tūc q̄dā rex ſaracenoꝝ cuiꝰ nomen alidraxi cū multitudine paganorū intrauit regnū portugalie ⁊ ꝑuenit deſtruendo quicq̄d inuenire poterat vſq̄ ad ſanctū iacobū. Sed ꝓpter honorem apl̄i iacobi cū xp̄iani reſiſtere non poſſent bellauit deus cōtra ſaracenos ꝑcuſſit. n. deus oēs ſaracenos quadaz infirmitate grauiſſima. ſic ꝙ oēs perierūt intātū ꝙ nō remaneret q̄ noua alioꝝ nūciaret in terra ſua. Eodē anno infirmatus fuit rex ramirus tercꝰ ⁊ mortuus eſt in ciuitate legioneñ regnauit. xxv. ānis. ⁊ ſucceſſit ei i regno donꝰ beriundo filius regis ſaucij cōſobrinus regis predicti ramiri.

Vincunt christiani per regē beriundo. ⁊ iteruz a saracenis vincūtur eodē bello p almāsoꝛ

Exagesimūseptimū inter sara-
ſ cenos ⁊ xp̄ianos accidit āno do
mini noningētesimo tricesimo
quinto. Tunc almanzoꝛ videns discoꝛ
diā magnā inter xp̄ianos cōgregauit
exercitū suū magnū saracenoꝝ ⁊ xp̄ia-
noꝝ q̄ cum eo se defederauerāt ⁊ intra
uit terrā xp̄ianoꝝ. Incepitq̄ destruere
ꝓuincias legionis ⁊ castelle ⁊ nauarre
xp̄iani aūt erāt sic discoꝛdes q̄ nullus
erat qui alterū vellet adiuuare. ⁊ intan
tū ꝓcessit illa vice q̄ a flumine doꝛij q̄d
erat tunc signū diuisionis inter sarace
nos ⁊ xp̄ianos ꝑuenit destruendo vsq̄
ad flumen q̄d dicit̄ estolam. ⁊ ibi fixit
tentoꝛia sua. Q̄d cū sciuit rex beriūdo
exiuit ꝯtra eū cū exercitu suo. bellauit
q̄ cum eo viriliter. ⁊ moꝛtui sunt pluri
mi saraceni. Peruenit rex beriūdo bel
lans ⁊ occidens vsq̄ ad tentoꝛiū almā
zoꝛ. Q̄d cū vidit almanzoꝛ iratus ve-
hementer ꝓiecit in terrā pileū aureū:
q̄d ferebat in capite ſm moꝛē saraceno
rū in signū coꝛone. Erat. n. cōsuetudis
saracenoꝝ regū mittere in terrā ꝑdictū
pileū in signū magni doloꝛis. ⁊ ire re-
spectu suoꝝ. q̄ꝛ non vincebāt inimicos
Q̄d videntes saraceni resumptis viri-
bus irruerūt viriliter in xp̄ianos intā-
tū q̄ secuti sunt eos vsq̄ ad poꝛtas ciui
tatis legioneñ. ⁊ post paucos dies cepe
rant ciuitatē nisi fuiss3 multitudo plu
uiarū yemis. ꝓpter quā necessario ha-
buit recedere almanzoꝛ. ⁊ sic reuersus
est in ciuitate coꝛduben̄ cum diuitijs ⁊
honoꝛe.

Vincunt saraceni et capitur ciuitas lagioneñ. per almāsor.

Exagesimūoctauū bellū inter
ſ saracenos ⁊ xp̄ianos accidit an
no dn̄i noningentesimo tricesi-
mosexto. Tunc supꝛadictus almanzoꝛ
venit cuz multitudine graui. ⁊ obsedit
ꝑdictā ciuitatē legioñ. ⁊ tāta fuit ⁊ vio
lenta expugnatio vꝛbis q̄ cōfregit mu
rū in duabus ꝑtibus. s. ex ꝑte occiden-
tis ⁊ ex ꝑte meridiei. Comes autē gale
cie guilhelmus gundisalui q̄ ibi vene-
rat ex regis ꝑcepto vt defenderet ciui-
tatē. iacebat tunc in lecto multū infir-
mus. ⁊ cū sciuit q̄ murus erat ruptus
in duplici parte. fecit se armari oīb⁹ ar-
mis. ⁊ deferri in lecto ad locū vbi mu-
rus erat magis confractus. q̄ꝛ ibi erat
maioꝛ pꝛessura ⁊ periculosioꝛ locus. H̄
aūt ipe faciebat vt ibi occideret̄ anteq̄
videret cōfractōez ciuitatis. Ip̄o ergo
iacēte in lecto tribus dieb⁹ defendit lo
cum illuz ruptū ⁊ moꝛtui sunt plures
ex vtraq̄ parte. sed finaliter occisus est
ibi. ⁊ statim capta fuit ciuitas. ⁊ pꝛece-
pit almanzoꝛ q̄ frangerent̄ om̄es poꝛ-
te ciuitatis. ⁊ q̄ destruerēt̄ turres que
erant ibi ex marmoꝛibus mirabilit̄ fa-
bꝛicate. Et cum ꝑdictus almanzoꝛ de-
structa ciuitate voluit intrare monaste
riū monachoꝝ sancti claudij extra mu
ros vꝛgens cū calcaribus equū suum
nō potuit ip̄m mouere ab eodē loco s3
equus ibi crepuit medius. ꝓpter q̄d ꝑ-
dictus almanzoꝛ destitit a destructōne
ꝑdicti monasterij. ⁊ dedit ibi multa do
naria ſm q̄ in eodē cōuentu p̄nte illu-
strissimo rege currico q̄ nunc regnat a
pꝛioꝛe eiusdē audiui. Asserebatq̄ se vi-
disse de donarijs illꝰ que dederat almā-
zoꝛ ꝓpter ꝑdictū miraculū. ⁊ reuersus
est almonzoꝛ coꝛdubam cum magnis
diuitijs ⁊ honoꝛe.

Vincunt saraceni ⁊ occidun tur proditorie septem infantes de lara.

Exagesimūnonū bellum inter
ſ saracenos ⁊ xp̄ianos accidit cir
ca ꝑdictū tp̄s. Tunc q̄dam mi

les q̇ dicebaẗ rodericus belasquas fin-
xit se facere bellū saracenis velle ⁊ oc-
cultet tractauit cum almansoꝛ quomō
moꝛti traderet septē frēs qui dicebanẗ
septē infantes de lara cū eoꝝ p̄re gun-
disaluo gustios q̇ erant foꝛtissimi bel-
latoꝛes q̇ eo tempꝫ repiri poterāt i mū
do. Causa aūt quare ip̄os tradidit moꝛ
ti fuit vindicatio de aliqb⁹ iniurijs q̄s
vxoꝛ sua ⁊ ipse se reputabant recepisse
ab eis. Deduxit ergo eos suis verbis
blandis ꝓditoꝛie cū exercitu magno vſ
qꝫ in cāpū de almenara. ⁊ p̄misit illos
infantes vt deꝑdarenẗ campū. Ipsi vo
habebant secū ducentos milites suos
qui exeuntes subito apparuit multitu
do innumerabilis saracenoꝝ veniens
supꝫ eos ⁊ factū est p̄lium magnū sic ꝙ
interfecerūt multos ex saracenis. ꝫ de
xp̄ianis moꝛtui sunt in illo certamine
illi ducenti milites. sic ꝙ non remanse
runt nisi septē infantes p̄dicti. Et cum
viderunt ꝙ ibi nihil restabat nisi vince
re vel moꝛi cōmendauerūt se deo. ⁊ in
uocauerunt ap̄lm iacobū. ⁊ irruerūt vi
rili animo in saracenos interfecerẗ plu
res ex eis. sic ꝙ nullus erat qui ante au
sus esset expectare eos. sed tāta erat sa-
racenoꝝ multitudo ꝙ p̄ lassitudine re-
traxerunt se ad quendā collē vt abster-
gerent facies suas a pulverib⁹. ⁊ cū ibi
ꝑuenissent inuenerūt ꝙ vnus eoꝝ defi
ciebat. s. fernādus gundisalui q̇ in bel-
lo moꝛtuus fuit. ꝓpter cui⁹ moꝛtem ni
miū doluerunt. Existentes ergo ibi ha
buerūt verbū suū cum saracenis petē-
tes treugas quousqꝫ nunciarēt p̄dicto
roderico belasquas si vellet eos iuua-
re ⁊ cōcesserunt eis. Miserūt ergo di-
dacum gundisalui vnū ex eis sed nihil
potuit obtinere. Reuersus ergo ad fra
tres suos narrauit eis crudelitatē illi⁹
ꝓditoꝛis. ⁊ factum est ꝙ mille equites
q̇ erant cū p̄dicto roderico belasquas
mouerūt se vt venirent ⁊ succurrerent

infantibus. Sed cū cognouit ꝓditoꝛ il
le q̇ erat eoꝝ capitane⁹ verbis suis fal-
lacibus impediuit aduentū eoꝝ nō tā
sic potuit impedire qn̄ trecenti illoꝝ
transirent ad eos aīo moꝛiendi vel vi-
uendi cum eis; videntes ꝓditōez sui ca
pitanei. Iuncti ergo illis irruerūt secū
do in saracenos. ⁊ factū est p̄lium asꝑ-
rimū tale quale nunqꝫ quis audiuit in
tam ꝑuo numero. ⁊ tanta fuit cedes sa
racenoꝝ ꝙ anteqꝫ aliquis eoꝝ occide-
retẗ ꝑimerūt vltra duo milia saraceno-
rū. Sed finaliter bellando intra multi
tudinē tamgrauē moꝛtui fuerūt illi tri
centi milites ⁊ remanserunt soli p̄dicti
sex infantes. ⁊ tam fessi erant ꝙ iam nō
poterant leuare brachia ensibus suis.
Cum aūt viderūt eos ita fessos capita
nei saracenoꝝ. s. viara ⁊ galue ꝓpter eo
rū strēnuitates traxerūt eos a pressura
belli. ⁊ duxerūt eos ad tētoꝛia sua. ⁊ fe
cerunt ꝙ deponerenẗ arma eoꝝ. dede-
runtqꝫ eis ad comedendū panē ⁊ bibē
dū vinū. Sed cū ꝓditoꝛ ille rodericus
belasquas hoc cognouit misit nūcios
suos capitaneis illis dicens ꝙ ipi ma-
lefaciebant cōcedentes vitā talibus ho
minib⁹ sicut illis. ⁊ ꝙ de hoc posset eis
malū euenire. ⁊ ꝙ si sic facerent ꝙ ipse
nō rediret amplius in castellā ꝫ iret ad
almanzoꝛ ⁊ faceret ꝙ caperenẗ ab eo.
timentes ergo illi ne aliquid malū eis
eueniret ab almanzoꝛ excusantes se ab
infantibus. ꝓpter hoc reduxerunt eos
cum armis suis. sicut pꝛimo erant in
campū vbi pꝛimo fuerant. quos cū vi-
derunt saraceni pulsatis atamboꝛibus
suis irruerūt in eos in tanta multitudi
ne. sicut cadit pluuia de celo. ⁊ factum
est p̄liū crudelius qꝫ pꝛius fuerat sic ꝙ
bꝛeui tp̄e occiderunt duo milia ⁊. lx. et
vltra saracenos sicut narrat histoꝛia. ⁊
inter ceteros frater minoꝛ qui dicebaẗ
gundisaluus gundisalui terribilioꝛa ⁊
mirabilioꝛa super alios faciebat. ꝫ tan-

ta erat multitudo saracenoꝝ ꝙ nō po-
tuerunt eos tolerare. ⁊ intātū fessi erāt
ꝙ nullo mō poterant iam moueri nec
equi coꝝ. Et lꝫ amplius bellare voluis
sent armis carebant. q2 iam confracte
enses eoꝝ. Cum ergo saraceni viderūt
ꝙ nō habebant arma occiderūt equos
coꝝ ⁊ ceperūt eos ⁊ expoliātes eos ar-
mis suis decapitauerut eos vnū post
alterū. sicut nati fuerant in ocul' p̄dicti
p̄ditoris roderici belasquas. Et cū p-
uenerūt ad gundisaluū qui erat mior
coꝝ videns oēs frēs suos ante se de-
capitatos cōcepto grandi dolore resū-
psit vires ⁊ quodā pugione qd̄ habuit
in manibus irruit in illū qui decapita
uerat fratres suos. p̄cussitq; ipm i gut-
ture ⁊ mortuus est. cepitq; subito eius
ensem ⁊ occidit cuꝫ eo vltra. xx. sarace
nos vt narrat historia. Captus est fina
liter ⁊ decapitatus est ibi. Ecce quid fe
cit p̄ditor ille. sed postmodū hec prodi
tio notabiliter fuit vindicata. q2 q̄dam
filius patris coꝝ quē habuit in quadā
sarracena q̄ dictus fuit mudaica gundi
salui postmodū occidit illū ⁊. xxx. milli
tes eius cum eo ⁊ vxorem eius ignib⁹
cremauit. sicut plenius continet in ge-
nerali historia hispanie.

Vincūt saraceni ⁊ cōburitur ciuitas sancti iacobi ab almansor ⁊ deducuntur campane ad mesquitam cordubē. pro lampadibus in signum victorie.

s Eptuagesimū bellū inter sara-
cenos ⁊ xp̄ianos accidit anno
dñi noningentesimo quadrage
simoquinto. Tunc almanzor cōgrega
uit exercitū magnū ⁊ intrauit p̄uinciā
que dicit portugalia. destruxitq; villas
⁊ castra loca. ⁊ cum p̄uenit ad mare p̄-
currit ⁊ destruxit terram galecie ⁊ p̄ue
nit vsq; ad ciuitatē sancti Iacobi quaꝫ
cōbussit. intrauitq; sine timore vbi iace
bat corpus beati iacobi vt cōfringeret
eius monumentū. Sed factus fuit q̄-
dam sonus terribilis circa eū quo ter-
ritus fuit. Verūtamē accepit campa-
nas minores quas secum deduxit in si
gnū victorie quas posuit p̄ lampadib⁹
in mesquita cordubeñ. vbi magno tp̄e
steterunt. Sed anteq̄ almāzor recede-
ret de terra illa p̄cussus fuit ille cū exer
citu suo a deo p̄pter peccatū p̄sumptio
nis ⁊ feditatū quas fecerat in eccia san
cti iacobi quadā terribili ⁊ fetida infir-
mitate quā dicunt medici detiarea: sic
ꝙ quasi omnes sui exercitus fuerūt ibi
mortui ⁊ confusi. ⁊ q̄ euaserunt postea
mala morte. s. subitanea finiuerūt. et cū
hoc sciuit rex beriūdo misit plures gē
tes ad montana vbi se eleuauerāt sara
ceni remanētes ⁊ oēs ibi occisi sunt sic
ꝙ vnus ex eis nō remansit. ⁊ almāzor
reuersus fuit in terrā suā cū paucis.

Vincunt christiani perempta multitudie saracenorū per comitem castelle garsias fernandi.

s Eptuagesimūprimū bellum in
ter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit
anno dñi noningentesimo qua
dragesimoseptimo. Tunc quidam sa-
racenus qui dicebatur abdemelique fi
lius almanzor congregauit exexercitū
suum vt percurreret ⁊ destrueret terrā
xp̄ianoꝝ. Qui perueniens vsq; ad ci-
uitatem legioneñ. destruxitq; quecūq;
reliquerat almanzor pater eius tam in
muris q̄ in turribus vsq; ad pauimen
tum vt non possent amplius illud edi
ficare christiani. Sed supradictus co-
mes castelle garsias fernandi venit vi
riliter contra eum cum multitudie mi
litum ⁊ peditum qui fecit predictum
saracenum eleuari a predicta ciuitate
legioneñ. Secutusq; est eum fugien-

tem̄ ꝛ interfecit plures saracenos sic ꝙ ille saracenus cum magna pena ꝛ periculo reuersus est in ciuitatē cordubeñ. nec amplius ausus fuit attentare ꝑcurrere terram xp̄ianoꝝ.

Hoc bello vincunt christiani mortuo almāsor ac peremptis innumerabilib⁹ saracenis per regem beriūdo.

Eptuagesimūsecundū bellum inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i noningētesimo q̄dragesimooctauo. Tūc supradict⁹ rex legionis donus beriundo videns mala que saraceni ꝯtinuo inferebant xp̄ianis scripsit regi garsie nauarre. ꝛ predicto comite castelle garsie gundisalui. ꝛ ꝓpter fidei ꝛ salutē p̄rie ꝯfederati sunt contra saracenos. ꝛ ꝑduxit exercitum suum magnū. Rex p̄dictus beriundo ꝛ lꝫ infirmus esset fecit se deduci in lecto cui cōiūctus est p̄dictus comes cū militia sua. Rex p̄dictus garsias nō venit in persona sed tñ misit exercitū suū. Omnes ergo p̄dicti coniuncti sunt in quodam loco ꝓpe seriam qui dicit̄ arabice canantaasor q̄ð nostra lingua dicit archambourm. Almanzor etiā de quo supradictum est ꝯtraxerat exercitū suū magnū ꝛ intrans ꝑ castellam destruxit quicquid inuenire poterat. Cum ergo ꝯuenit ad eos habuit cum illis ꝑlium suū magnū quod durauit ꝑ totā vnam diem vsqꝫ ad noctem. sic ꝙ vna ps alteram deuincere non poterat. mortui tñ sunt ex parte saracenoꝝ quasi sine numero. ꝛ dimissum est bellum ꝓpter noctem superuenientē. al's ibi fuisset capt⁹ vel mortuus almanzor. Cum ergo vidit p̄dictus almanzor destructiōeꝫ gentis sue. non fuit ausus expectare bellū sequentis diei. ꝛ fugit de nocte. cūqꝫ ꝑuenisset ad locuꝫ qui dr̄ bolgaecorax p̄ dolore ꝛ tristicia infirmatus est. nec vltra amplius comedit ꝛ bibit. ꝛ sic mortuus est. sepultusqꝫ est in medina celi. Rex aūt p̄dictus cum oibus alijs xp̄ianis sequenti die parauerunt acies suas ad bellandū cogitantes saracenos stare in tentorijs suis. ꝛ cum hora diei spectarent ꝛ nullum saracenū inuenerunt accesserunt ad eoꝝ tentoria ꝛ expoliauerunt campuꝫ. Comes vo garchias fernandi secutus est saracenos qui tot ex eis interfecit ꝙ paucissimi remanserunt viui. ꝛ reuersus est cum multitudine captiuoꝝ. Sic ergo ꝯuersus ille almansor qui sepe in bellis cōtra xp̄ianos fuerat victoriosus miserabiliter illa die a xp̄ianis fuit victus ꝛ mortuus. Illa aūt die qua almansor fuit victus ꝛ mortuus fuit visus quidā homo sub figura pastoris in littore gadalquenir. Clamans ac magnū planctū faciens. Dicebat. n. primo inarabico. ꝛ deinde lingua castellana. Incanātarazor ꝑdidit almanzor ꝯtātem ꝛ fastū suū hac leticiam. Cordubeñ. aūt qñ volebāt ire ad illum hoīem ꝛ ab eo querere quis erat ꝛ cur plorabat eleuabāt aū oculos eorum ꝛ non videbant eum. Iterum apparuit in alio loco dicens in lingua nostra en canantarazor perdio almanzor elantabor. Credit̄ ꝙ ille diabolus in figura hoīs q̄ dolebat de destructōe saracenoꝝ ꝓpter mala que inferebant xp̄ianis sub duce pessimo Almanzor. Sequenti anno mortu⁹ ē feliciter p̄dictus rex beriundo. ꝛ sepultus est in ciuitate legioneñ. in ecc̄ia sancti iohānis baptiste. regnauit. xxvij. annis. Et successit i regno rex alfonsus quintus filius eius ꝛ incepit regnare cum esset etatis q̄nqꝫ annoꝝ.

Hoc bello vincunt saraceni ꝛ capitur ciuitas abuleñ. moritꝰqꝫ in carceribus comes Garsias fernandi.

ſ Eptuagesimūtercium bellū inter saracenos τ xpianos accidit anno domini noningentesimoqnquagesimonono. Et regnante ī regno legionis Alfonso quinto pdicto. Tūc ꝓpter discordiam magnaȝ inter predictum comitem garsiam fernandi τ filium eius sauciū saraceni congregauerūt exercitum magnū τ venerūt vt percurrerent terram xpianoꝝ ceperūtqȝ abulam que tūc populata fuerat. Deinde venerūt boromā et sanctū Stephanū destruxerūt. Destruxerūtqȝ villam τ p totam illam terrā crudeliter occidebāt xpianos. Cum aūt pdictus comes sciuit amarā destructōnem nō potuit sustinere et licet gentes sue essent diuise inter se τ filiū eius ꝓposuit mori ꝓ defensione patrie. Venit ḡ viriliter ꝯtra saracenos bellauitqȝ cum eis animose sed deo pmittente victus fuit in bello τ captus a saracenis: sed paucis elapsis dieb⁹ mortuus est in carceribus de vulnerib⁹ que recepat in bello et successit ī comitatu castelle pdictus fili⁹ eius saucius qui postmoduȝ optime defendit terrā suam τ lucratus est penāfiel τ sepulnedam maderuelum monteion et recuperauit gormacium τ sanctuȝ stephanum τ osomā que perdita fuerant cum eius pater esset in carcere. Iste fuit primus qui dedit libertatem militibus castellanis ꝙ nō contribuerēt nec irent ī exercitu nisi domin⁹ daret eis solidum suū. quia ante ꝯtribuebāt τ ibāt in exercitu sine solidata.

Bello. lxxiiij. vincūt christiani per regem alfonsum quintū τ vindicatur mors comitis garsie fernandi.

ſ Eptuagesimūquartū belluȝ in Saracenos et xpianos accidit āno dñi noningentesimoseptuagesimotercio. Tūc pdictus rex alfonsus quint⁹ τ comes castelle sauci⁹ non potentes sufferre iniuriam quam fecerant saraceni in occisione comitis garsie fernandi congregauerūt exercitum magnū vna cum adiutorio nauarroꝝ ꝓpter fedus qđ inierat pater regis Alfonsi cum eis τ puenit ad regnum toleti comburens et destruens quicquid inuenire poterat. Et ptransiens inde puenit vsqȝ ad ciuitatem cordobeñ. depdando τ destruendo gladio et igne qcquid inuenire poterat. Qđ videntes saraceni vt eos dimitteret in pace dederūt ei magnū thesaurum τ plurima dona. Similiter rex toleti τ corduben. et reuersi sunt in terrā suā vindicata morte predicti comitis τ cū magnis diuitijs τ honore. Predict⁹ rex alfonsus quintus reedificauit muros τ turres ciuitatis legioneñ. q destruxerat almanzor τ fili⁹ eius. regnauitqȝ. xxvij. ānis τ mortuus est in portugalia. Congregauerat em̄ exercitū suū magnum ex desiderio seruiēdi xpo τ iuerat in pdictam terrā vt caperet villā illā q dr viseo q tūc erat saracenoꝝ: τ cū die quadā in armis respiceret hincinde murū vt videret portaȝ debiliorē ad ꝯquirendum pcussus fuit sagitta in spatulis τ sentiēs se vulneratū ad mortē facto testamēto τ pceptis sacris feliciter migrauit ad dñm τ sepultus est in ciuitate legioneñ. apud pꝛeȝ suū supradictū. Regnauitqȝ ꝓ eo fili⁹ ei⁹ don⁹ berſundo terci⁹.

Vincūt christiani τ liberatur pampilona a manibus saracenorum.

ſ Eptuagesimūquintū bellū inter saracenos τ xpianos accidit circa idem tpš. Tūc eñ tpe yemis venerūt saraceni in multitudine graui vt caperent τ frangerēt ciuitatē pāpilone. Rex aūt sauci⁹ nauarre stabat tunc vltra portus q dicit derontes valles et

Cum sciuit doluit vehemēter ⁊ collecto
exercitu suo disposuit se. magno ꝑicu-
lo ꝓpter niues magnas q̄ erāt in ꝑtibꝰ
illis. Et cū vidit ꝙ aliter trāsire nō po-
terat fecit abarcas de corijs crudis lo-
co sotulariū ꝓ se ⁊ ꝓ omni gente sua: ⁊
sic transiuit portꝰ de nocte sine aliquo
dāno licet cū magna pena ⁊ ꝓpterea di
ctus fuit postmodū rex sauciꝰ abarca.
Cum ḡ fuit mane apparuit subito irru
ens suꝑ saracenos q̄ obsessam tenebāt
ciuitatē ⁊ tot interfecit ex eis ꝙ vix re-
mansit q̄ posset renūciare in partibus
suis q̄ acciderāt ibidez. Iste rex ambu
lans cū suis abarcis fecit multa bella
cū saracenis ⁊ ꝯquisiuit multa loca in
celtiberia ⁊ in carpentania q̄ vsq̄ i ho-
diernū diē dicunt Donisaucij abarca.
Regnauit. xxv. annis ⁊ successit ei i re-
gno nauarre filiꝰ eiꝰ donus garsias tre
merosus sic dictꝰ. q: cū ingrediebatur
bella tremebat valde in principio licet
pꝰ ingressum esset fortissimꝰ miles q̄ di
ctus fuit abarca sicut pater. Quo mor
tuo successit ei in regno filiꝰ eiꝰ dictus
sauciꝰ maior. Hic duxit in vxorē dn̄az
elnirā filiā comitis saucij castelle ex q̄
habuit duos filios quoꝝ vnꝰ fuit dictꝰ
donꝰ garsias ⁊ aliꝰ donꝰ fernandꝰ. quo
rū pr̄ nō remanente ꝓle infante garsie
filij comitis saucij castelle cepit comi-
tatuz castelle ex ꝑte vxoris sue. Et ipso
mortuo donꝰ fernandꝰ filiꝰ eiꝰ q̄ duxerat
in vxorē dn̄am saucīā sororem regis le
gionis doni beriundi de quo supradi-
ctū est de eius cōsensu in eius nuptijs
ductus est rex castelle. Rex aūt ꝑdictꝰ
donꝰ beriundo regnauit in regno legi-
onis decem annis ⁊ mortuus ē in quo
dam bello qd̄ accidit sibi cuz predicto
rege Fernando et fratre eius rege gar
sia nauarre quod bellum celebratum
prope Cariorem in quodam loco q̄ di
citur nantada in valle tamaron sic ple
nius continet in generali historia Hy
spanie. et sepultus est in ciuitate legio-
nen̄. cū vxore sua dn̄a Therasia. Quo
mortuo ꝑdictꝰ rex fernandꝰ collecto ex
ercitu suo iuit legionē et obsedit eaz et
finaliter receptus est in regem legionis
q: ei ꝑtinebat ⁊ sic ꝯiuncta sūt ista duo
regna ⁊ ipse dictus est rex castelle et le
gionis et vocatus fuit rex fernandus
magnus.

Vincūt christiani ⁊ capiuntur quinqz reges saracenorum per Rodericum

SEptuagesimūsextum bellū in-
ter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit
anno domini Millesimo. xvj.
Regnāte in regno castelle ⁊ Legionis
supradicto rege fernādo magno. Tūc
excitauit deꝰ quendā virū sibi dilectuz
⁊ armis strennuū dictū Rodericuz de
viuar. Iste fuit filiꝰ cuiusdā nobilis mi
litis q̄ dicebat Numꝰ laynes quem ge
nuit ex vxore sua legitima therasia nu
mens filia comitis Numi aluaros de
maya licet aliq̄ alia asserāt tn̄ hec ē rei
veritas sicut pz in cronica ꝑdicti regis
fernādi magni. Cum ergo ingrederent
eo tp̄e quinq̄ reges saracenoꝝ vt ꝑcur
rerent castella transierūt suꝑ ciuitatem
burgen̄. ad montes doca ⁊ ꝑcurrerunt
ville foracū ⁊ sctm̄ dominicū delacalsa
da ⁊ lucromū ⁊ nayaraz totāq̄ illā ter-
ram ⁊ extrahebat magnā prisam capti
uoꝝ bestiaꝝ gregū ⁊ armentoꝝ. Cū er
go ipsi irent cū tam grādi ꝑda ꝑdictus
Rodericꝰ ꝯuocauit totā illā terrā ⁊ de-
dit illis saltū in montibꝰ doca. bellauit
q̄ cū eis ⁊ deuicit eos cepitq̄ ꝑdictos
quinq̄ reges viuos ⁊ cepit totā ꝑdam
suā ac cum illis captiuis regibꝰ ⁊ cum
tota preda venit ad matrem suā ⁊ diui
sit spolia nobilibus ⁊ omnibus alijs q̄
fuerūt cum eo in bello ⁊ facta est leti-
cia magna ac laudauit deum propter
victoriā ⁊ mercedē quā sibi fecerat. Di

xitcꝫ nō habeo ꝑ bono tenere reges captiuos ſꝫ habeo ꝑ bono liberare eos vt vadāt libere in terrā ſuaꝫ. Soluit ergo illos quincꝫ reges ſaracenos ⁊ pcepit ꝙ abirent: ſꝫ ⁊ ipſi regratiati ſunt ꝓpter tantū beneficiū venienteſcꝫ in terrā ſuam benedicebāt ei ⁊ miſerūt ei parias cognoſcentes ſe volūtarie ſuos eſſe vaſallos. Hic rodericus pegrināſ in ſanctum iacobum recepit btm̄ Lazarū ſub ſpecie leproſi in ſocietate ſua in menſa ⁊ lecto quem inuenit iacentem in luto in via horrētib⁹ ꝗ̄ omīb⁹ qui cū eo erāt nocte illa qua ſecū fuit in lecto cū dormiret rodericus inſufflauit ille leproſus flatu magno ꝑ ſpatulas Roderici ſic ꝙ flatus ille puenit vſcꝫ ad pectus ⁊ euigilans nō inuenit leproſuꝫ illū apō ſe nec ampli⁹ eū videre potuit licet a lecto ſurgeret ⁊ euꝫ diligenter quereret. Reuerſus ergo ad lectū et luminarib⁹ incenſis cū diligenter cogitaret in his que ſibi in illo leproſo acciderant poſt paululū. Ecce apparuit vir quidem albis indutus veſtib⁹ qui dixit ei. Roderice dormis. Tūc rn̄dit et dixit nō dormio: ſed quis es tu q̄ tanta claritate et odore venis. Tūc ille rn̄dit ego ſum ſanctus Lazar⁹ quē tu recepiſti ⁊ cui multa bona feciſti ſub ſpecie gaui ex dei amore ⁊ ꝓpter honorē ⁊ bonuꝫ qđ mihi feciſti ꝯcedit tibi deus vnū magnū donum ꝙ cum flat⁹ ille quem ſenſiſti tibi euenerit ſcias ꝑ certo ꝙ oīa q̄ inceperis in bellis vel alias oīa feliciter cōſūmabis. Tuus honor creſcet de die i diem ⁊ erit timor tuus ſup ſaracenos ⁊ xp̄ianos ſed et inimici tui tibi nuncꝫ nocere poterūt morieris morte honorabili nuncꝫ eris victus ſed ſemper victor exiſtens. quia deus concedit tibi ſuam benedictionem fac ergo ſemper bonum et ſic diſparuit. Ille autē ſurgens a lecto genib⁹ flexis in terra fudit oratōnem ſuā ad deum gratias agens ꝓpter tāta beneficia. Hic poſt peregrinatōnem ſuam intrauit in campū cuꝫ Martino gundiſalui deuicit ⁊ occidit eum ꝓpter qđ lucratus eſt ciuitatē calaguritanā ꝑ rege fernando. quia erat queſtio ſup eadem inter pdictum Fernandum regem et regem ramirū aragoni cui⁹ eſſet et facta eſt concordia int eos ꝙ illi duo milites pugnarent et ꝑti victoris ciuitas ꝯcederet.

Hoc bello vincūt chriſtiani ⁊ occiditur de alymaymon rex ſaracenorū.

Septuageſimūſeptimū bellū inter ſaracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Milleſimo. xix. Tūc rex garſias nauarre ⁊ rex ſaracenoꝝ Alymaymon ꝯgregauerūt exercit⁹ magnos ⁊ in loco qui dicit recurnaſeta factum eſt pliuꝫ magnū ⁊ mortuis pluriſmis ſaracenis victus eſt rex Alymaymon ⁊ mortuus in bello a pdicto rege Garſias.

Chriſtiani vincunt per rodericum de viuar peremptis plurimis ſaracenis.

Septuageſimūoctauū bellū inter ſaracenos ⁊ xp̄ianos accidit āno dn̄i Milleſimo. xxvij. Tūc cum ſupradictus rex Fernandus magnus eſſet in galechia venerunt Saraceni cum exercitu magno vt conquererent extrematuram gentes vo illi⁹ terre miſerunt veloces nuncios predicto roderico viuar vt eis ſuccurreret qđ cū audiuit non detinuit ſe: ſed miſit ſtati pro parentibus et amicis ſuis ⁊ venit contra predictos ſaracenos qui deducebant predam magnam captiuorum gregum et armentorum: et inuenit eos inter Achenſiam et ſanctum Stephanum de Gormatio. Irruit ergo in in eos virili animo et commiſſum eſt

bellū campale asperrimū vbi plurimi ceciderūt saraceni. Deuicitqꝫ saracenos ⁊ secut9 est fugientes p. vij. leucas occidendo ⁊ vulnerādo eos et reuersus est honorifice cū tota preda quā ducebāt saraceni ⁊ tot fuerūt spolia campi i eo ꝙ valuit q̄nta ps fuit ducentoꝝ equorum ⁊ valor centū miliū marcaꝝ argēti que oīa diuisit sine cupiditate bellatorib9 suis ⁊ reuersus est in terrā suā cū diuitijs ⁊ honoribus.

Hoc bello vincunt christiani per regem fernandum magnuꝫ et capitur viseū.

Eptuagesimūnonū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo.xxxiij. Tūc p̄dict9 rex fernand9 magn9 congregauit exercitū suū magnū ⁊ iuit ꝯtra saracenos portugalie ⁊ meridie et badayus. q̄ oīa hec tūc possidebant saraceni ⁊ cepit viribus ceam ⁊ guneam q̄ sunt in portugalia ⁊ plura alia castra que erāt circūcirca ⁊ licet in illis remanerēt saraceni ꝓ vasallis suis fortalicia tamen semp ꝑmanserūt in regis ꝑtāte ⁊ obsedit viseum vbi mortu9 fuerat rex alfonsus socer eius ex sagitta de quo supradictuꝫ est ⁊ in tanta ꝑssura tenuit eam obsessā ꝙ cepit eā ⁊ cepit illū saracenū q̄ infecerat sagita regē alfonsū. Extraxitqꝫ oculos ei9 ⁊ p̄scidit etiam ei9 manus ⁊ pedes. In his rodericus supradictus fuit strennuissimus miles.

Vincunt christiani ⁊ capitur lamegū ⁊ plura alia loca per fernandum magnū.

o Ctuagesimū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimo.xxxiiij. Tunc supradictus rex fernandus magn9 cōgregato exercitu suo iuit super lamegum ⁊ licet ciuitas esset fortissima statim tamen obsedit eaꝫ ⁊ tot ingenia ac castra lignea posuit circūquaqꝫ et tam fortissime conquestauit eaꝫ ꝙ vi armorum cepit eam in qua inuenit multitudinem diuitiaꝝ ⁊ cepit captiuos oēs saracenos quos intus inuenit quoruꝫ maiorem ꝑtem retinuit ꝓ edificatione ecclesiaꝝ que ꝓstrate fuerāt et post hec iuit sup castrū sancti martini quod iacet sup riuū de malua ⁊ cepit eū ac deinde obsedit terrasam et cepit eam. Reuersusqꝫ est in terram suam cum diuitijs et honore.

Isto bello vincūt christiani et p9 septem annos capitur conubra per regem fernandū magnum aperiēte sctō iacobo portas ciuitatis.

o Ctuagesimūp̄rimuꝫ bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimo.xxxv. Tūc predict9 rex fernandus magn9 cōgregato exercitu suo voluit habere cōnubram ⁊ ꝯsilio p̄dicti Roderici de viuar pegrinat9 est in sctm̄ Jacobū dixit eī sibi ꝙ de9 iuuaret eū ad capienduꝫ illā ⁊ insup q̄ð in reditu volebat ꝙ euꝫ faceret militē ⁊ ꝙ credebat se receptuꝝ militiā ꝯ conubrā. Acqeuit ḡ illustris rex ꝯsilio ei9 multas el'ynas p viam distribuens ⁊ mā\[s\]it ibidem in orōne tribus dieb9 petens a deo adiuuari in eo ꝙ desiderabat meritis apl'i iacobi. Venit ergo post hoc cum exercitu suo magno ⁊ obsedit conubriā. posuitqꝫ ingenia ⁊ castra lignea circūquaqꝫ sed villa erat tam fort' ⁊ tam magna ꝙ septē annis stetit in ei9 obsidione ⁊ ꝑpter tantaꝫ dilatōnem tempis et inopiam victualium iam volebant xp̄iani dimittere obsidionem. sed monachi cuiusdam monasterij qui vsqꝫ in hodiernum dieꝫ dicit larmano viuentes de labore manu

um suaꝝ ex longo tpe fecerãt magnaȝ ꝓuisionẽ victualiũ secrete hẽbant eñ multitudinẽ tritici ⁊ ordei milij ⁊ leguminũ sentiẽtes ergo ꝙ rex volebat recedere venerũt velociter ad regẽ ⁊ dixerũt ei ꝙ nõ amoueret obsidionẽ, q2 ipsi darent cibaria ex his q̃ longo tpe ꝯgregauerant ⁊ factũ est sic. Naȝ dederũt sufficientiã exercitui quousq; saraceni deficiebãt fame. fames ergo ⁊ pugna sine intermissione deduxerũt saracenos ad hoc ꝙ venerũt ⁊ ꝓcidentes añ regẽ fernandũ petierũt ꝓ mercede solã vitaȝ ⁊ ꝙ darent ei villã ⁊ oĩa q̃ hẽbant. Pius ergo rex ꝯcessit eis vitam ⁊ ipsi dederũt ei villã. quadã die dñica hora tercia. Sȝ interi ꝙ p̃dict⁹ rex erat i p̃dicta obsidione. accidit ꝙ quidaȝ eps grecie dictus assian⁹ ꝑegrinatus est in sanctuȝ iacobũ ⁊ cũ esset ibideȝ audiuit ab hominib⁹ ciuitatis ꝙ sanct⁹ iacob⁹ apparebat sicut miles in bellis xpianorum succurrẽs eis qđ verbuȝ displicuit sibi ⁊ dixit nõ vocetis eũ militẽ ȝ piscatorem. Et cũ in hoc ꝑtinaciter ꝑmaneret placuit deo ꝙ eideȝ dormiẽti apparuit sanct⁹ iacob⁹ portãs in manib⁹ quasdã claues ⁊ dixit ei hylari vultu tu tenes in derisũ ꝙ me dicũt militẽ xpiani ⁊ asseris ꝙ nõ sum miles. Ideo nunc veni ad te vt hoc tibi ostendã nec amplius dubites de militia mea q2 suȝ miles iesu xpi ⁊ adiutor xpianoꝝ ꝯtra Saracenos ⁊ cũ hoc diceret tradit⁹ ẽ sibi equ⁹ albissim⁹ in quẽ ap̃l'us ascendit armat⁹ oibus armis mirabiliter splendẽtib⁹ ad modum militis ⁊ dixit ei ꝙ volebat ire in adiutorium regis fernandi qui iacebat sup conubriã ꝗ iam septẽ annis eam obsidentẽ ⁊ vt sis mag⁹ certus dico tibi ꝙ cũ his clauib⁹ quas in manib⁹ teneo cras hora terciaꝝ aperiã ei portas ciuitatis conubre ⁊ dabo eã regi Fernando quib⁹ dictis disparuit. euigilãs ergo a somno p̃dict⁹ eps assyan⁹ bono mane ꝯuocauit clericos ⁊ oẽs habitãtes in ciuitate dixitq; eis que viderat ⁊ audiuerat diem ⁊ horã signatã apertionis conubre et sicut dixit veridice sic repertũ est. Et tũc p̃dictus rex cepit p̃dictã ciuitatẽ ⁊ fecit militem p̃dictum rodericũ de viuar in maiori mesquita conubre cingendo sibi ensem ⁊ dando ei pacẽ i ore ⁊ fuit vocat⁹ ruidas ⁊ reuersus est rex ꝑ sanctũ iacobũ in terrã suã cum honore.

Titulos sequentium bellorũ inuenies plene in registro cum quotationibus et foliorum indicibus.

O Ctuagesimũ secundũ belluȝ inter saracenos ⁊ xpianos accidit ãno dñi Millesimo. xliiij. Tũc p̃dict⁹ rex fernand⁹ magnus ꝯgregato exercitu suo magno ad ꝑcurrendã terram saracenoꝝ ꝯquisiuit quedã castra Vñ plurima mala eueniebãt xpianis scȝ gormatio vadũ regis aguilerã barbiguã ribam sctm̃ morã ⁊ multas alias turres. Vñ speculabant̃ sarraceni propter q̃s xpiani erãt discooꝑti cũ intrabant terrã illam q̃s oẽs destruxit. Destruxit etiã plura alia fortalicia q̃ erant in valle de bargeter⁹ ⁊ in circuitu tyrazone vsq; medinã celi ⁊ exinde venit in cantabriã ⁊ expulit inde saracenos posuitq; eã sub dñio suo et oĩa mõtana ouen destruxit igne ⁊ ferro. Et exinde venit toletũ ⁊ ꝑimit plurimos Saracenos ⁊ captiuauit destruxitq; talamancam. alcalam ozedam ⁊ lucrat⁹ est plurima alia loca regni toleti ⁊ multitudinem diuitiaꝝ q̃ oĩa dimisit cũ militibus suis. Et exinde venit sup guadal ⁊ faiariam ⁊ obsedit eam nec requies dabatur habitantib⁹ in ea pre multitudine ingeniorum ⁊ machinaꝝ quare illi Saraceni habuerunt mittere nũcios suos ad regem Toleti vt liberaret eos

bello vel donis. Rex q̄ ille almaymon multitudinem auri et argenti multosq̄ꝫ pannos p̄ciosos misit regi fernādo petens treugas vt venirent ad eum secure qd' ei ɔcessum ē. Venit ḡ rex ille saracenus ⁊ factus est vasallus reg. fernandi sic ꝙ quolibet anno dabit ei parias ⁊ reuersus est Fernandus in terram suam cum magnis diuitijs et honore.

Octuagesimūterciū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimo.l. Tunc predict⁹ rex fernand⁹ magn⁹ ɔgregato exercitu suo venit in portugaliā ⁊ obsedit montē maiorem vbi plurima damna recipiebat conubra ⁊ tam fortiſ expugnauit eā machinis suis ⁊ breui tēpore habuit eā. Ibi apparuit strēnuissim⁹ miles ruidas de viuar q̄ vadēs vt obseruaret colligentes herbam tres lites saracenoꝝ deuicit. Mouit ḡ rex illustris exinde exercitū suū in algarbium cōburens ⁊ destruēs quicq̄d inuenire poterat captiuādo destruēdo ⁊ occidendo saracenos quousq̄ꝫ p̄uenit ad ciuitatē hispaleñ. Et tūc benabamecb alimucan⁹ rex hispaleñ. videns p̄das ⁊ mag̃ dāna q̄ p suū regnū rex fernand⁹ faciebat misit ei nūcios suos cū magnis diuitijs ⁊ fact⁹ est ei⁹ vasall⁹ concedens ei parias quolibet anno. Rex autem fernandus habito cōsilio suoꝝ recepit eū in vasallum et dona petiuitq̄ꝫ ab illo rege saraceno corpa sanctarum iuste ⁊ ruphine. Si volebat eius amorem habere. Respondit rex saracenus ꝙ nesciebat vbi erant illa corpa. Verūtamen ꝙ si ipse sciret vel quicūq̄ꝫ alius ꝙ sibi placebat ⁊ nō solum illud sed in omnibus alijs in quibus sibi possꝫ cōplacere. Et tūc reuersus est rex fernandus samorā cum magnis diuitijs et honore ⁊ populauit eandem ciuitatē que a tempore almanzor destructa fuerat. Et ex illo loco misit duos ep̄os. s. legioneñ. ⁊ astoriceñ. ⁊ comitem miniū ac duos diuites viros ad regeꝫ hispaleñ. p honorabilibus illis corporibus sanctaꝝ iuste ⁊ ruphine. Qui cūꝫ p̄uenerūt ad p̄dictaꝫ ciuitatē hispaleñ. recepit eos ille rex saracenus cum honore ⁊ exposita ambasiata: rex habitu suo cōcilio respondit ꝙ de corpibus illis nihil sciebant. Verūtamen ꝙ darēt ei parias. Ep̄i aūt illi cū sancti viri steterūt in oratōne trib⁹ diebus et ieiunijs quib⁹ sic in oratōne p̄manentib⁹ apparuit sanct⁹ ysidorus dicens eis. Serui dei nō est volūtas dei ꝙ corpa beatissimaꝝ virginū iuste ⁊ ruphine extrahantur ab hac ciuitate. q: hec ciuitas debꝫ conqueri a xp̄ianis ⁊ vult ꝙ hic maneant p ɔsolatōne eoꝝ. Sed deus habet p bono semp vestram sanctitatē ⁊ propter honorē regis fernandi a quo recepit multa seruitia ꝙ deducatis corpus meū in ciuitatem legioneñ. et cum audiuerūt timuerūt timore magno et steterūt p aliquā morā attoniti ⁊ muti propter magnā claritatem ⁊ sentiētes mirabilem ⁊ nō assuetū odorē. ⁊ tunc sanctus ille confessor ysidorus fecit signū crucis sup eos ⁊ statim redierunt in seipsis ⁊ interrogauerūt eum quis esset. Qui r̄ndit ego sum ille ysidorus q̄ fui archiep̄s hispaleñ. tūc facta gratiaruꝫ actōne petierūt ab eo ꝙ eis ostenderet locū sepulture ⁊ ostendit eis dādo certa signa eis quomodo iacebat in sibylia veteri ⁊ disparuit ab oculis eorum Illi vero venerunt ad regem dicentes ꝙ volebant ei ostendere quod petebāt placuit regi et venit cum militib⁹ suis ad locum signatum ⁊ fodiens presente rege inuenit sepulchrum sancti confessoris et aperientes sepulchrum exiuit odor mirabilis in modū alnusqui et balsami qui profuit in salutem non solum xp̄ianorum sed etiam saracenorum et extracto corpore honorifice in-

noluerũt ossa illa nobilibus pannis et rex propter miraculum qđ viderat do luit de concesso ⁊ voluit accipere illud si potuisset. Sed cu3 hec cogitauit am plius corpus illud videre non potuit: ⁊ motus est intellectus eius in aliđ sic ꝙ obliuioni tradidit que cogitauerat: ⁊ post hec mouerunt se episcopi ac alij ambasiatores cum precioso illo corpo re per viam suam plurimis miraculis chorusando. ⁊ cum puenerũt legionẽ et rex fernandus sciuit. iuit ad eos cũ solenni ꝓcessione. ⁊ cum magno hono re posuit illud sanctum corpus in quo dam monasterio quod ipse fecerat in monumento aureo super altare maius ⁊ extunc ecclesia illa vocata est sanct[9] ysidorus quam dotauit lapidib[9] preci osis auro ⁊ argento ac plurimis posses sionibus. Est autem monasterium il lud qđ ego vidi canonicarum regulari um vbi sunt sepulture multoꝝ regum quorum imagines tenent cruces ĩ ma nibus sinistris et in dextris enses eua ginatos.

Ctuagesimumquartum bellu3 inter saracenos ⁊ xp̃ianos acci dit circa ꝑdicta tempa. Tũc eñ ꝑdictus rex fernandus magnus ad re quisitõnem regine domine sancie vxo ris sue cõgregauit exercitum suũ mag num ꝯtra saracenos carpentanie ⁊ cel tiberie que sibi rebellauerãt deditq̃ ei ꝑdicta regina de suis thesauris magñs diuitias ꝓ stipendijs militum. Cum ḡ ꝑdict[9] rex puenit ad terras illas in tan tum confregit illas ⁊ tot saracenos oc cidit ⁊ captiuauit ꝙ ꝑ vim ⁊ contra eo rum volũtatem reduxit terras illas ad pristinam seruitutem ⁊ reuersus est in terram suam cũ magnis diuitijs ⁊ ho nore deditq̃ regine in recompensatio nem eoꝝ que sibi ꝓ exercitu suo dede rat om̃s parias illoꝝ saracenoꝝ. Celti beria est illa terra q̃ vadit a sancto Se bastiano ex parte occeani maris indi rectum vsq̃ mare cesarauguste qđ est mare mediterraneũ ⁊ ex flumine ybe ro vsq̃ ad regnũ morcie vocaẗ carpen tanea. Iste rex fernandus liberauit re gnũ ne esset subiectu3 impatori nec re cognosceret superiorẽ in tpalib[9] et hec fuit cã quare fuit vocat[9] magn[9] sic ple nius ꝑtineẗ in generali historia hispa nie. Hinc illustri regi beatus ysidorus reuelauit diem mortis sue vt se dispo neret ꝓ ingressu beatitudinis eterne q̃ vt venit añ corp[9] beati ysidori ⁊ genib[9] flexis ac coronat[9] regia corona sic ora uit. Dñe ihũ xp̃e cui[9] est omnis ptãs ⁊ om̃e regnũ. q2 tu es rex omniũ regnoꝝ ⁊ rex oĩm gentiũ dñe reddo tibi nũc re gnũ qđ mihi dedisti: ꝫ peto ꝓ mercede ꝙ anima mea sit posita in luce cui[9] nõ est finis quib[9] dictis expoliauit se ve stimentis suis regijs auro decoratis et abstulit coronã quã tenebat in capite ⁊ posuit eã sup altare et indut[9] est cilicio circa carnẽ. ⁊ iterũ fecit oronem ad de um ⁊ absolut[9] est ab ep̃is de pctis suis ⁊ statim ibi recepit vltima3 vnctõnem sparsitq̃ cineres sup se ⁊ precepit se de duci in pegrinatõe3 ad sctãm mariã de almasã que est ꝓpe cabesom vbi noue3 dieb[9] stetit ⁊ appropinquãte morte fe cit se deduci in cabesom ⁊ ordinato te stamẽto suo diuisoq̃ regno trib[9] filijs sc3 sancio alfonso ⁊ garsie post pniam lachrymabilẽ triũ dieru3 die quarta q̃ fuit dies sancti iohis baptiste hora. vj. data bñdictõne filijs suis migrauit ad dñm sepult[9] est in ecclesia sancti ysido ri ciuitatis legioneñ. iuxta prem suum quẽ ipse deonã fecerat deduci. Regna uitq̃ vigintiduob[9] annis et sex mensi bus ⁊ successit ei in regno castelle san cius fili[9] ei[9] prim[9] alfonsus in regno le gionis ⁊ garsias in galecia ⁊ portuga lia.

Ctuagesimūquintum bellū in-
o ter saracēos et xp̄ianos accidit
anno domini Millesimosexin
gentesimoseptuagesimo. Tunc predi-
ct⁹ rex sauci⁹ videns q̄ rex Fernādus
pater suus ꝑ honore fidei xp̄iane con-
questauerat ꝓuicias portugalie ꝛ luci-
tanie hispaleñ. cordubeñ. toleti celtibe
rie ꝛ carpentanie suntq̄ reges eaꝝ facti
tributarij ei. Ideo cōgregato exercitu
venit sup ciuitatē cesaraugustanam ꝛ
obsedit eam ac cum ingenijs ꝛ machi-
nis plurib⁹ de die et nocte eam fortissi-
me expugnabat ꝓpter qd̄ post mlt̄a dā
na que receperūt saraceni rex ciuitatis
misit regi Saucio multitudinē mag-
nam auri ꝛ argenti ac lapidum precio
soꝝ ꝛ factus est eius vasallus cum tota
terra sua ꝛ tributari⁹ cum omnib⁹ eius
sic q̄ quolibet anno darent ei certū q̇d
et firmata hac pace. Reuersus est rex
saucius in terrā suā cum diuitijs ꝛ ho-
nore. Iste rex sauci⁹ nō fuit ɔtentus de
diuisione regnoꝝ quā fecerat pater ei⁹
fratrib⁹ suis. Et ideo desiderio habēdi
om̄ia regna licet penā ꝑditōnis posuis
set pater cuicūq̄ eoꝝ frangenti disposi
tionem ei⁹. Congregauit exercitū ma-
gnum. ꝛ iuit primo ɔtra regem Garsi-
am fratrem ei⁹ qui erat rex portugalie
ꝛ galecie. Et post plurima bella deuicit
eum et captum carcerib⁹ mancipauit.
Deinde bellauit ɔtra regem Alfonsuz
fratrem suū qui erat rex legionis ꝛ de-
uicto eo ī campo atq̄ capto posuit euz
etiam in carcerib⁹ licet pluribus aliq̊ꝝ
fuerit solutus cum conditōne q̄ efficere-
retur monachus ꝛ sic factum est. quia
in monasterio sancti facūdi accepit ha
bitū monachalem sed non ꝑmansit. q̄
dimisso habitu recessit ꝛ venit ad regez
alymaymon toleti cum quo moratus
est honorifice vsq̄ ad mortem fratris
sui rebis saucij. Sicut ergo mansit rex
sauci⁹ rex castelle legionis ꝛ portuga-
lie: sed adhuc ɔtent⁹ voluit capere Sa
morrā quā dederat pater su⁹ sorori sue
dñe vrrace. Venit ergo sup eandē ciui
tatem ꝛ post plurima bella exiuit ꝓdi-
tor quidā de ciuitate qui dicebat velli-
do dulpho q̇ fact⁹ priuat⁹ regis q̄ ꝓmi
sit sibi dare moduz quō ciuitas capet.
Roguitq̄ regē die quadā vt ambo irēt
soli lentis passib⁹ vt viderēt circūqua-
q̄ ciuitatē ꝛ q̄ ei oñderet locum ingres
sus. Cū ergo iuissent ꝛ cū rex locum vi
disset descendit ab equo circa flumē vt
solaciaret. tradiditq̄ venabulū qd̄daz
deauratum qd̄ manu gestabat p̄dicto
vellido dulpho ip̄e v̇o secessit ad secre
ta nature q̇ cum ꝓditor ille ex aduerso
cerneret inclinatū ꝑcussit regem ꝑ spa-
tulas sic q̄ venabulū ꝑ pectora ei⁹ exi-
uit subito fugiens recepit se in ciuita-
tem. Sic ergo maledictio paterna ɔp-
hendit eū vt sic ꝓditorie moreret. Jacz
sepultus in monasterio deonam. ꝛ suc
cessit in regnis p̄dictis Rex alfons⁹ q̇a
rex garsias mortu⁹ etiaz fuit in vincu-
lis vt pleni⁹ ista ɔtinent in generali hi-
storia hispani.

Ctuagesimūsextū bellū inter sa
o racenos ꝛ xp̄ianos accidit āno
domi Millesimooctugesimo-
tercio. Tūc p̄dictus rex alfonsus sext⁹
q̇ dict⁹ fuit brano post mortē regis sau-
cij fratris sui q̇ decesserat sine ꝓle hūit
om̄ia regna ei⁹ pacifice ꝛ in tanta pace
ꝛ iusticia tenuit regna sua qualis non
fuerat post excidiū hispanie. Hic ergo
rex propter quedam federa ꝛ iuramen
ta que fecerat regi toleti Alymaymon
cum fuit in eius potestate. scilicet nun
q̄ eundi contra eum nec contra filium
eius adiuuandi eum contra quemcun
q̄ contrarium cum audiret q̄ erat ob-
sessus a rege Cordubeñ. congregauit
exercitum suum magnuz ꝛ venit in ei⁹
succursum. Cū ergo cognouit rex cor-

dubeñ. ꝙ rex Alfonsus in multitudie graui veniret ⁊ esset i elias timore magno percussus fugit ⁊ tunc iterum rex Alfonsus firmauit federa p̄dicta tenēs in potestate sua regem Toleti in tentorio suo inuitatum ⁊ circundatum quigentis milibus armorū sicut ⁊ ipse tenuerat eum in ciuitate toleti ne videretur iuramenta seruare que fecerat. Existens in alterius potestate sed libere ⁊ post hec ambo reges cum exercitibus suis mouerūt se contra terram reg. corduben. cremantes et destruētes villas loca et castra ac quecunqꝫ inuenire poterant et reuersus est rex Alfonsus in terram suam cum diuitijs ⁊ honore.

o Ctuagesimūseptimū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimooctuagesimoquarto. Tūc predictus rex Alfonsus sextus brano tercius rex castelle congregauit exercitum suū magnū: ⁊ intrauit terram Saracenoꝝ comburens et destruens quicq̄d inuenire potuit ⁊ tantū timorem incussit Saracenis ꝙ oēs saraceni toti⁹ hispanie facti fuerant tributarij.

o Ctuagesimūoctauū bellum inter Saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimooctuagesimoquinto. Tūc predictus rex alfonsus sextus tercius rex castelle misit rodericum didaci qui a quinqꝫ regibus quos deuicerat vt supradictū est fuit cognominatus lingua arabica cid qđ idem est ꝙ domin⁹ ad regem hispaleñ. corduben. ⁊ granate. Inter q̄s tunc magna versabatur discordia ⁊ inimicicia ⁊ m̄lti milites nobiles regni castelle iuuabant almudafar regem granate cum potestate sua. Qui oēs iuerunt contra regem hispaleñ. et licet p̄dictus adruidas scripsisset regi granate ꝙ nō bellaret cōtra regē hispaleñ. quia erat vasall⁹ regis alfon si noluit acq̄escere p̄cibus ei⁹: ꝫ intrauit ⁊ destruxit vsqꝫ ad locū q̄ dicit cabra quicq̄d inuenit. Qđ cum cognouit p̄dict⁹ adruidas ꝯgregauit oēs saracenos ⁊ xp̄ianos q̄s tunc habere potuit ⁊ iuit virili aīo ꝯtra eos Sed deridentes eū milites q̄ erant cū rege granate nūciauerūt ei ꝙ nō exirēt ꝯtra illū ꝓpter eū nec ꝓpter alios sibi similes. Quo audito cogitauit ꝙ nō esset ei honor si non ꝑmitteret eos venit ḡ ꝯtra eos ⁊ bellauit cū eis in campo ⁊ durauit bellū ab hora terciaꝝ vsqꝫ ad sextam horā ⁊ ceciderūt multi ex parte regis granate ac deuicit eos fugierūtqꝫ per vim a campo saraceni ⁊ cepit in bello comitem garsiam ordone⁹ ⁊ alios milites q̄ iuuabāt saracēos tenuitqꝫ eos i vīclis trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹ ⁊ dimisit eos p̄cepit ergo victoria habita spoliari campū ⁊ reddidit predam quā portabat regi hispaleñ. sic vt vnusquisqꝫ cognosceret q̄ sua erant ⁊ reuersus est ad regem alfonsum cū magnis diuitijs ⁊ honore ⁊ cū parijs p̄dicti regis hispaleñ. Et extūc saraceni ⁊ xp̄iani inuocauerūt eum adruidas campeator que omnia multū placuerūt regi Alfonso.

o Ctuagesimūnonū bellū int̄ saracenos ⁊ xp̄ianos accidit post p̄dictū bellū paucis elapsis diebus. Tunc eīn rex alfonsus sext⁹ predictus ꝯgregauit exercitū suū magnum ⁊ intrauit terrā saracenoꝝ in vuandalia vbi plurima damna eis intulit. Sꝫ cū ipse esset in partibus illis bellās cōgregati fuerūt ex aduerso plurimi Saraceni ⁊ intrauerūt p regnum castelle obsederūtqꝫ gormacium ⁊ fecerunt in terra illa multa mala et dāna. Cid autem ruidas campeator qui remanserat

infirmus in recessu regis ꝛ iam ꝯuale-
scebat audito damno quē saraceni faci
ebant ꝯgregauit om̄s gentes quas po
tuit ꝛ iuit ꝯtra terrā toleti ꝛ ꝑcurrit illā
destruens quicq̄d inuenire poterat: et
deduxit secū preter alias diuitias. vij.
milia saracenoꝝ inter viros ꝛ feminas
ꝛ sic reuersus est in castellā cū honore
Istud factū seminariū inuidie fuit in-
ter milites castelle. Et ideo tenuerunt
modū cum rege Alfonso q̄ cum cam-
peator esset expulsus a regno et sic fa-
ctum est ꝛ cum recederet nocte q̄dam
cum dormiret dictū est ei in visione va
de audacter ꝛ noli timere. q: semp tibi
bene erit dū viueris erisq̄ diues ꝛ ho-
norat⁹ ꝛ in suo recessu cepit vnū castrū
saracenoꝝ qđ iacet sup henares ꝛ dicit
castreyon gentes v̄o sue ꝑcurrerūt ter
ram illam vsq̄ guadalfaiariam. Et cō-
gregatis omnib⁹ spolijs quinta ps de
putata ipsi cum fuit vendita Sarace-
nis precio trium millium marcharum
argenti.

n Onagesimū bellū inter saracē-
nos ꝛ xp̄ianos accidit sequenti
die. Cum em̄ p̄dictus Cid rui-
das campeator iret in ꝯfinib⁹ regni bel
lauit cum saracenis de alcozar et occi
dens plurimos eoꝝ cepit locum illū
quadā arte mirabili ibi inuenit plures
diuitias. ꝛ istud factum magnum intu
lit timorē saracenis omnib⁹ terolij et
calatainbȳ ꝓpter qđ scripserūt regi va-
lentie abuacar q̄ acciderant dicētes q̄
si non succurreret eis q̄ etiam caperet
terram eorum.

Onagesimūprimū bellum int
saracenos ꝛ christianos accidit
paucis elapsis dieb⁹ post predi
ctum bellū. Quia tunc rex valentie vi
dit supradictas lr̄as ꝛ misit duos reges
cū trib⁹ milib⁹ armatoꝝ ꝛ cū oib⁹ alijs
gentib⁹ illi⁹ frontarie venerūtq̄ supra
locū dealcozar ꝛ obsederūt ibi ipm cid
ruidas campeatorē cum militia sua te
nueruntq̄ ibi eū obsessum trib⁹ hebdo
madib⁹ ꝛ abstulerūt ei aquā. gētes aūt
q̄s cū hēbat in numero erāt pauce. q̄a
solū erāt q̄dringenti eq̄tes ꝛ tricēti pe
dites. Vidētes aūt q̄ aquā ꝑdiderant
die quadā parauerūt arma sua ꝛ arma
uerūt se secretissime et subito aptis ia-
nuis exeūtes irruerūt viriliter in sara-
cenos ex inspirato. Sed ꝛ illi videntes
eos venire pauerūt se vt meli⁹ potuerūt
ꝛ statim factū est prelium magnū ceci
derūtq̄ plurimi saraceni. Sꝫ et int ce-
tera strennuissima q̄ ibi fecit ipse ad q̄n
dam militē saracenū feriēs ense nudo
diuisit in duas ꝑtes vt equū suū daret
cuidā militi suo q̄ pedes pugnabat equo
suo mortuo ꝛ vnū regē illoꝝ duorū q̄
dicebat feris ꝑcussit letalit ꝓpter qđ de
dit terga. Ali⁹ v̄o rex q̄ dicebat gualue
fuit etiam ꝑcussus in capite a martino
antolmes milite strenuo ꝓpter qđ etiaꝫ
dedit terga. Videntes ḡ saraceni q̄ re-
ges fugiebāt ꝛ om̄es ipsi timore ꝑcussi
relicto campo fugierūt ꝛ secuti sūt eos
xp̄iani occidētes ꝛ vulnerātes eos sine
numero q̄usq̄ ꝑuenerūt ad portas te-
rolij ꝛ calambij. q: rex feris fugit tero
liū ꝛ gualue calatambiū et inde reuer-
sus est cū bellatorib⁹ suis ad locuꝫ vbi
fuerat bellū expoliauerūt campuꝫ vbi
multas diuitias inuenerūt ꝛ inter cete
ra de equis saracenoꝝ postq̄ ꝯgregaue
rūt eos q: erāt spersi inuenerūt q̄ngen
tos ꝛ decem deferūt de equis xp̄ianoꝝ
xv. ꝛ intrauerunt castrū suū de alcozar
cū magnis diuitijs leticia ꝛ honore de
eq̄s v̄o quos habuit ꝑ parte sua viriu
osus Cid misit. xxx. cū sellis ꝛ frenis ꝛ
singulis ensib⁹ pendentib⁹ ex arzonib⁹
in donū regi alfonso castelle p̄dicto vt
haberet amorē ei⁹: q: irat⁹ erat ab eo vt
supradictū est.

n Onagesimūsecundū belluʒ inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini. Mlxxxviij. Tūc ꝑdict⁹ Cid campeator cuʒ esset eius timor sup oīs saracenos cesaraugustanos valentinos ⁊ sup oīs illaꝝ partium acceptis elect militib⁹ suis iuit ad ꝑcurrendā terrā saracenoꝝ ⁊ ꝑuenit vsqꝫ ad locum qui dicit̄ huerta ⁊ vsqꝫ ad montē aluanū spacio quinqꝫ dieruʒ et exiuit son⁹ ei⁹ inter omnes saracenos ⁊ xp̄ianos. ꝓpter qd̓ comes remon berēgel barchinonen̄. q̄ in sua recōmendatione habebat illos saracenos coniunctus fuit Benalphaie regi denie. Qui magnis exercitib⁹ ꝯgregatis secuti sūt predictū Cid campeatorē cogitātes ꝙ ab eoꝝ manib⁹ euadē nō posset ipse q̄t ad tūc deducebat magnaʒ predā. ꝑuenerūt ergo ad eū nupmar de tonar nec predict⁹ comes remon voluit acceptare verba honesta ipsi⁹ Cid sibi nūciantis ꝙ nihil ducebat de suo ⁊ ꝙ dimitteret eū in pace. Videns ḡ virtuos⁹ Cid eoꝝ superbiā q̄ tollere volebāt ea q̄ ipse lucrat⁹ fuerat ab inimicis dei ⁊ leg nostre irruit in eos viriliter et ceciderunt multi ex parte aduersa. Alij vō q̄si innumero fuerūt vulnerati ⁊ deuicit eos cepitqꝫ predictū comitē viuū ⁊ lucrat⁹ est illa vice ensem q̄ dicebat̄ colada. Sed post terciū diem virtuosus Cid liberauit comitē predictuʒ et remisit eum ad partes suas cum duob⁹ militib⁹.

n Onagesimū tercium belluʒ inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimooctuagesimonono. Tunc predictus benalfaie vna cum predicto comite Remon venerūt cum multitudine graui et obsederūt castrum de Almenar regis cesaraugustani qui erat valde confederatus ipsi cid campeatori. misit ergo rex cesaraugustanus pro Cid campeatore sibi confederato vt succurreret castro ipsius qui venit super eos et commissum est durum bellū effusaqꝫ est multitudo sanguinis. sed finaliter vicit eos Cid qui nunq̄ȝ victus fuerat et fugiert̄ d̓ campo rex abenalfaie ⁊ predictus comes secutusqꝫ ē eos per tres leucas occidens ⁊ vulnerans plurimos eorum ⁊ reuersus est cum multitudine captiuorum ⁊ cum magnis diuitijs ⁊ honore in ciuitatem cesaraugustanam vbi honorifice et cū magna leticia fuit receptus.

n Onagesimūquartū bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimononagesimo. Tūc predictus rex Alfonsus sextus brano tercius rex castelle venit in succursum cuiusdam vasalli sui saraceni contra vnum vuandaluʒ qui se eleuauerat cum castro de rueda qd̓ est prope cesaraugustam. Saracen⁹ autē ille qui se eleuauerat cum castro habuit verbum suum cum infante ramiro qui erat ex parte regis Alfonsi dicens ꝙ volebat dare castrum predicto regi Alfonso ⁊ exiuit colloquendo cū rege inuitauitqꝫ eū ad prandiū intra castrū ḡ rex nō acceptauit ꝯuiuiū illuminat⁹ a deo q̄ erat ꝯuiuium proditōnis. Intrauerūt ergo cum eo ad conuiuiū ꝑdictus infans et comes garsias q̄ cum fuerūt intra castrum occisi sunt lapidibus qd̓ factū nimis displicuit regi ⁊ cogitādo vituperiū qd̓ sibi fecerat ille saracen⁹ misit pro Cid ruidas campeatore q̄ libenter venit ad mandatū ei⁹ ⁊ recepit euʒ rex honorifice. Narrauitqꝫ sibi dāna q̄ receperat ab illo saraceno. Tūc pepcit ei ⁊ inuitauit eū ꝙ veniret secū in castellā ḡ noluit acq̄escere q̄usqꝫ ꝯcessit sibi sequētia. scʒ ꝙ cū aliquis

nobilis haberet exiret de regno ꝙ dare
tur eis spaciū .xxx. dierum. Scd̄o ꝙ ni
hil faceret ꝯtra aliquē nobilē nec ciuē
nisi primo eēt exaudit⁹ sicut dꝫ esse de
iure. Tercio ꝙ nihil faceret cōtra foros
⁊ priuilegia ad bonos vsus villaꝝ ⁊ lo
coꝝ. Quarto ꝙ non faceret impositio
nes inordinatas. Quinto ꝙ si contra h̄
faceret ꝙ ꝓpter hec tota terra possit re
bellare ⁊ eleuari quousqꝫ fieret emēda
ꝑ regem q̄ om̄ia rex cōcessit sibi ⁊ iterū
inuitauit euꝫ ꝙ secum veniret: sed ipse
noluit quousqꝫ vindicaret ip̄m de illo
saraceno ꝓditore. Regratiat⁹ est ḡ rex
Alfonsus sibi ⁊ reuersus est in castellā
Virtuosus v̄o Cid obsedit castrū p̄di
ctuꝫ ⁊ in tanta p̄ssura posuit eū quous
qꝫ moriebant̄ fame nec poterāt iaꝫ bel
lare p̄ fame ⁊ volebant sibi dare castrū
si saluaret vitaꝫ eoꝝ: sed ipse noluit vt
vindicat regē cepit ergo virib⁹ castrum
⁊ captiuauit saracenū illū aliuosalas ⁊
om̄s qui erant cū eo om̄es occidit pre
ter aliuosalas ꝓditore et aliquib⁹ suis
quos misit regi alfonso placuit ḡ regē
cum vidit p̄ntem siue donū ipsius cid
campeatoris et fecit magnā iusticiam
de isto proditore ⁊ socijs eius et regra
tiatus ipsi Cid quia vindicauerat eum

Vnagesimūquintū bellum in
n ter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit
anno dn̄i Millesimononagesi
moprimo. Tunc p̄dictus Cid campe
ator ꝯgregatis militib⁹ suis iuit ad per
currendā terram benalfaie regis denie
ꝙ cum rex ille sciuit doluit valde ⁊ mi
sit veloces nūcios ad petrū regem aro
gonie cum quo erat federat⁹ ꝙ veniret
ad adiuuandū eū ꝯtra Cid campeato
rem. q̄ etiā dolens q̄ cū intrauerat ter
ram suā sil'r ꝯgregauit exercitū suum ⁊
ambo reges venerūt sup eū q̄ erat edifi
cando quoddā castrū sup modella q̄d
dicebat̄ alcola parauerunt ergo ibi acies
suas ⁊ ꝯmissum ē durū bellū ⁊ cecide
runt multi ꝫ finaliter habuit victoriaꝫ
Cid campeator de illis duob⁹ regibus
⁊ fuit captus rex aragonie cū mult' co
mitibus ⁊ militib⁹ suis. Alij v̄o dederūt
terga ⁊ cum hac honorabili p̄da reuer
sus est cesaragustā vbi cuꝫ magna leti
cia ⁊ honore recept⁹ fuit a rege et filijs
ei⁹. Sed virtuosus Cid ꝯpatiens regi
petro ⁊ suis militibus. q̄ xp̄iani erant
soluit eos ⁊ ꝑmisit eos ire libere in ter
ram suā. Et post hec venit Cid campe
ator in regnū cū diuitijs ⁊ honore qui
receptus fuit a rege alfonso honorifice
deditqꝫ sibi multas villas ⁊ castra ac p̄
uilegia ꝙ quēcunqꝫ locum caperet a Sa
racenis vel alijs inimicis esset suuꝫ iu
re hereditario ⁊ successoꝝ suoꝝ.

Vnagesimūsextum bellum in
n ter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit
anno domini Millesimonona
gesimoquinto Imperante heinrico et
sedente in cathedra petri gregorio se
ptimo. Tunc predictus rex Alfonsus
brauo tercius rex castelle congregauit
exercitum suum magnum ⁊ venit sup
toletum. Erat em̄ iam solutus a iuram̄
to quod fecerat alymaymon regi tole
ti propter eius mortem et filij sui ysen.
Venit ergo predictus rex et cogitauit
quomodo capere possit ciuitatem illā
tammagnam ⁊ tamfortem et recorda
tus est verbi quod audierat cum esset
sub arbore i horto regis predicte ciui
tatis quando erat cū predicto rege aly
maymon. Querebāt enim inter se cō
siliarij predicti regis ipso presente re
ge quomodo possit capi ciuitas illa tā
fortis et respondit vnus illorum ꝙ nō
poterat capi nisi septem annis esset ob
sessa sic ꝙ nulla prouisio possit intra
re: et tunc in octauo anno posset ca
pi pre fame. Istud verbum audiuit

rex Alfonsus licet ipsi cogitarēt ꝙ dor
miebat sic ergo cū venit ex hoc verbo
abstulit eis panem ⁊ vinū ⁊ fructꝰ per
iiij. annos ⁊ hoc vndiꝗ ꝑ totam terrā
⁊ tenuit eam obsessam alijs q̄tuor ānis
ex quadruplici parte ciuitatis ⁊ cū in-
tra ciuitatem esset populꝰ sine numero
defecerunt eis iam victualia ⁊ sub qui
busdam pactis data est eis ciuitas in
die sancti Vrbani mēsis may et capta
ciuitate illa que quondā fuerat honor
⁊ gloria gottorum exiuit inde ⁊ ꝑcurrit
om̄s terras circūquaꝗ et cepit tūc san
ctam Eulaliam maquedam albanam
argancam scalonā ozedā butragā ateu
siam ozaman berlangā et medinā celi.
⁊ plurima alia loca ⁊ reuersus est tole
tum vbi collocauit thronū suū ⁊ fecit
ibi habitatōnem suā ⁊ facta est mesqui
ta maior ecclesia cathedralis dicta san
cta Maria ⁊ fecit ꝙ eligeret archieṗs
qui esset primas hispaniarū et dotauit
ecclesiā illā pluribꝰ villis castris locis
⁊ possessionibus honorifice sicut ⁊ nūc
est ⁊ in die ꝯsecratōnis ecclesie obtule-
rūt rex ⁊ regina de thesauris suis ⁊ po
suerūt in illa ecclesia reliquiarū multi-
tudinē quas habebāt ꝓpter quas verā-
das ⁊ indulgentias obtinendas cōcur
rit ibi multitudo ppl'i ex toto archiepi
scopatu certis tempibꝰ anni.

n Vnagesimūseptimū bellū in-
ter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit
anno dn̄i Millesimononingē-
tesimoseptuagesimo sedente in cathe-
dra petri vrbano scdo ꝑdictꝰ papa āno
dn̄i Millesimononagesimosexto apd̄
clarum montem aluernie in mense no
uembris consiliū celebrauit vbi expo-
sita est miseria ciuitatis hierusalē de-
decus xp̄i ⁊ obprobrium nunciat con-
silium ⁊ auxiliū postulat. Vnde occi-
dentis populi innumerabilis multitu
do duces comites ⁊ nobiles ignobiles
diuites et pauperes episcopi clerici et
religiosi senes pueri ⁊ puelle dolentes
loca sancta prophanari a gentibꝰ ⁊ tur-
cis ab appulia ꝓuincia lingua occita-
na hispania Acquitania britania nor-
mania Schocia flandria francia ger-
mania lothoringia borgondia lombar
dia alijs ꝓuincijs regnis et terris nul-
lo vnꝗ angariante sed om̄s pari fide ⁊
voto ⁊ deuotōe iniurias xp̄i vltū ire se
parantes signo crucis signati pace fir-
missima vbiꝗ terrarū composita de ter
ris suis egredientes nullū in tanta mul
titudine regem habentes nisi christū
sepulchrū ipsius tanto tempe sub ser-
uitute redactū proponūt reddere liber
tati ⁊ quanto quiscūꝗ pronior erat ꝑ-
us ad mūdi militiā tanto erat pronior
modo ad dei militiam exercendā. Iu-
deos vero in vrbibus quas transibant
credere compellebant vel trucidabant
Vnde multi zelo paterne legis mutuo
se peremerūt. Alij credere se simulan-
tes post ad iudaismum relabantur. Et
si querat quis incitauit predictum vr-
banum papam vt crucem predicaret ⁊
quis tantam multitudinem commo-
uit. Respondetur ꝙ hoc venit ex inspi
ratōne diuina que facta fuit cuidā pau
peri religioso viro gallico qui dicebat
Petrus heremita. qui cum peregrina
retur in sanctum sepulchrum videns
loca sancta ab impijs irreuerenter tra-
ctari videns etiam venerabilem simo-
nem ciuitatis patriarcham cum subdi
tis suis viliter ⁊ cū omi abiectōe ⁊ plu
ribꝰ oppressionibꝰ affligi commota sūt
viscera eius vehementer ⁊ cepit anxiꝰ
contristari ⁊ cogitare si quomodo posset
afflictis subuenire. Cum aūt quadam
nocte dominice resurrectōnis in eccle-
Centesimūdecimūseptimū bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimocētesimooctuagesimo nono. ¶Tūc erat in affrica miramamolim saracenus quidam noīe iustet malcemdo. Hic eleuatus in supbiam transiuit mare cū potestate magna ⁊ venit yspolim ⁊ ibi mouit exercitū suū per campaniaȝ cordubē transiuitq̄ȝ portū que dr̄ delmiradel: qd̄ cum rex alfonsus octauus cognouit cū iam transierant .xv. anni etatis sue ⁊ pacifice possideret regnū suū sic ꝙ reges arrogonie ⁊ nauarre erant eius vasalli. Congregauit ex improuiso maiorem exercitū q̄ȝ potuit ⁊ venit in locum de alarthos nec voluit expectare reges arroganum ⁊ nauarre nec multos alios qui veniebant in adiutorium eius. Sȝ ipse cum paucis q̄s ad manū potuit habere de locis circūuicinis ⁊ cum didaco dn̄o viscaye nec erāt ibi nobiles regni dixerat em̄ ꝙ ita boni erant milites stremature sic̄ nobille qui lingua nostra dicunt̄ fids dalgue. Et ideo illi ꝓpter hoc vituperiū nō venerunt ad bellum. Cū ergo p̄dict⁹ rex alfonsus octauus esset in loco de alarchos fortaliciū p̄parando: ecce superuenit miramamolim cū potestate magna saracenoꝝ quoꝝ non erat numer⁹ ⁊ cum rex alfonsus esset magni cordis irruit in saracenos ⁊ cōmissum est durum bellum. Et noluit deus ꝙ xp̄iani exirent ex illo bello cum honore cum non essent vnius animi nec tradiderāt domino suo auxilium sicut debuissent victi: ergo fuerūt ibi xp̄iani ⁊ multi eorum mortui: ⁊ rex alfonsus fuit in bello vulneratus ⁊ extractus a suis violēter quia ipe voluit ibi mori: et cognouit rex alfonsus ꝙ hec ei acciderāt ꝓpt errorem que ipē fecerat contra deuȝ sicut ei reuelatum fuerat per angelum ⁊ ꝓposuit in corde suo decetero seruire deo: intellexerat enim ꝙ potestas dei castigauit euȝ crude ꝙ sibi multū profuit: quia seruiens deo nunquid aliq̄d postmodū cepit ꝙ non gloriose finiret vt patet in cronicis hispanie latissime.

Centesimūdecimūoctauū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimocentesimō. lxxxvij. tēpore friderici imperatoris ⁊ vrbani pape .iij. Post em̄ iherosolomitanum per xp̄ianos valde fuerat dilatatum post multa bella ⁊ gloriosas victorias de saracenis in quib⁹ semper pauci de pluribus triūphabāt sicut breui cathalogo regū terre sancte postq̄ȝ habita fuit a xp̄ianis p̄t annotari quia godefridus de bullon. Primus qui ibi principatum tenuit anno vno cum paucis p̄ncipem militie soldani egiptioꝝ cum infidelium innūera multitudine in p̄lio superauit. Rex baldouin⁹ q̄ ei successit p̄m⁹ latinoꝝ ihr̄lm h̄ cū tricent̄. lxx. militib⁹ ⁊ trecent̄ peditib⁹ p̄ncipe militie caliphe egypti q̄ secū .xj. milia eq̄tū et. xxx. milia peditū adduxerat superauit p̄ vbidictum principem cum quinq̄ȝ milib⁹ saracenis interfecit alij autem per fugam euaserunt. Et iterum cum quingentis equitibus et duobus milibus peditum presidem astolicarum veniētem cum innumera multitudine deuicit cesis ex eis .iiij. milibus alijs in fugam conuersis regnauit annis .xviij. Et successit ei alius baldouin⁹ de burgo qui in primo regni sui anno cuȝ septingentis equitibus cū gario p̄ncipe turcoꝝ potētissimo q̄ secū innūerā mul-

titudinē turcoꝝ habebat bellauit ⁊ de
uicit eum .iiij. milibus saracenis inter
fectis alijs vinculis mancipatis cū re
liquis vero saracen⁹ ille vix euasit. Ali
ud aūt bellū habuit cū rege damasce
noꝝ cui⁹ exercit⁹ erat .xv. militū eqtuȝ.
ipse vero baldouin⁹ hēbat mille .c. equi
tum ⁊ duo milia peditū hūc etiam de
uicit duobus milibus saracenis mor
tuis plurimis captiuatis. Alij aūt cuȝ
principe suo terga dederūt de xpianis
aūt ceciderūt .xxiiij. Regē etiā ascolo
nitaꝝ qui cū multitudine egiptioꝝ ve
nerat in bello cū suis paucis ꝓstrauit
Item doloquinū damascenoꝝ regem
qui venerat cum exercitu magno i bel
lo. Quarto contriuit duob⁹ milib⁹ ex
hostib⁹ interemptis de xpianis vero ce
ciderūt equites .xxiiij. pedites āt .lxxx
Hic baldouin⁹ regnauit .xiij. annis et
successit ei in regno gener eius fulco
comes hic cū paucis militibus suis ꝯ
innumerā turcoꝝ multitudinē que de
perside ebulerat triūphauit trib⁹ mili
bus interemptis ⁊ multis alijs i capti
uitate detentis regnauit .xj. annis. suc
cessit ei in regno baldouin⁹ primogēi
tus eius filius q̄ nono regni sui anno
quosdā nobiles turcoꝝ satrapas cum
vniuerso exercitu suo circa ptes gero
concianas in prelio supauit interfect⁊
ex eis quinq̧ milibus reliqs cuȝ igno
minia ⁊ cōfusione fugientib⁹. In .xv.
etiā regni sui anno cū pncipe damasci
noradino congrediens fugiente nora
dino cum parte exercitus sui reliquis
interemptis rex victor campū obtinu
it regnauit .xxiiij. annis sine liberis et
successit ei in regno frater eius Alma
ricus. Hic primo regni sui anno ptib⁹
egipti cum dargan pncipe militie egi
ptiorū congreditur ⁊ facta magna stra
ge hostium cū paucis diuinitus victo
riam obtinuit. In secūdo aūt plio hñs
secum .ccclxx. milites pugnauit cū pn
cipe soldani damasci qui secum duce
bant .xij. milia turcoꝝ. Arabū aūt .xj.
milia ⁊ interfecit ex hostibus mille qn
gentos de xpianis vero centū ceciderēt
regnauit ānis .xij. ⁊ successit ei i regno
baldouin⁹ fili⁹ ei⁹ hic diuino iudicio le
pra pcussus regnum nihilominus re
xit qui anno .iij. sui regni cuȝ .ccclxxv.
equitib⁹ circa ptes ascalone occurrēs
saladino qui cū .xxvj. milib⁹ eqtū veni
ebat supauit ipo saladino cū pte exer
citus fugiente alijs trucidatis alijs vi
culis mancipatis. De xpianis aūt .iiij
aut quinq̧ dñi dicuntur cecidisse. In
alio aūt prelio circa tyberiadē cū septi
gentis equitibus occurrens saladino
qui .xx. milia equitū secū habere dice
batur ipm supauit mille hostibus int
emptis de xpianis vero paucissimi ce
ciderūt. Cū aūt pdictus rex ꝓpter eius
egritudinem vxorem ducere voluisset
duas sorores quas habebat sibillā pri
mogenitā ⁊ ysabelem iuniorē duobus
viris nobilibus genere vxores dedit si
billā vxorem bernardo de longa spar
ta marchioni montis ferrati. yȝabeleȝ
vero tradidit dño eufrido de throno.
mortuo aūt dicto bernardo ⁊ relicto q̄
dam paruulo filio cui nomen baldoui
nus rex pdictā vxorē suā tradidit cui
dā adolescenti de pictauēsi comitatu
guidoni fidelissimo cui etiā eo ꝙ infir
mitate nimiū grauabatur totius regni
administratōnē cōmisit. ꝫ regis indi
gnationē incurrens ꝓcurationem et
administrationem amisit. Et tunc rex
conuocatis regni maioribus nepoteȝ
suum paruulum baldouinum regem
inungi fecit et tam ipm ꝙ regeȝ negȝ
cia prouidentie tutele comitis tripoli
tani cōmisit. non multo aūt tempore
post baldouino rege leproso viam vni
uerse carnis ingresso minore etiaȝ bal
douino defuncto prefatus guido pro
curante vxore sua sibilla ad quā regnū

iure hereditario pertinebat sublimatꝰ
est in regem non requisito assensu co-
mitis tripolitani qui totius regni tūc
procurator erat. Unde valde indigna
tus presertim cuz ipe ad regnum aspi
raret absq₃ regis consensu cuz quo rā
corē ⁊ inimicitias extruxerat cū saladi
no treugas fecit ⁊ vt maiorē in regno ⁊
ꝯ ipm regē defensionē hr̄et ⁊ nocendi
manet cū dn̄a tyberiadis ⁊ totiꝰ galilee
mr̄imoniū ꝯxit. Un̄ factū est in regno
ꝑiculū ⁊ ꝑniciosa discordia quibusdaz
comiti fauentibus alijs regibꝰ adherē
tibus quā diuisionem cum saladinus
cognouit cogitans ꝙ immenso forami
ne discordie facile pateret insidiantibꝰ
ingressis ex omnibus sibi subiectis re
gionibus multitudinem pugnatoruz
congregauit ex egipto arabia ⁊ meso-
potania tam equites q̄₃ pedites cōtra
cristianos conuocando. Dicitur autē
.l. milia equitū exceptis peditibus in
comitatu suo secum traxisse ⁊ permisit
ante faciem suam decem milia electo
rum militum qui per terram comitis
tripolitani qui tunc treugas cū sarace
nis habebat per partes sc₃ tyberiadis
et nazareth vsq₃ ad suburbia accon trā
sierunt vt more suo cristianos prouo
carent si forte incaute ⁊ inordinate ꝓ-
seq̄ntibus possent ꝑimere vel captiuos
retinere nec effectu caruit astuta impi
orum imaginatio quia magister mili
cie templi cum fratribus suis plusq̄₃.
lxx. incaute egredientes cuz magistro
hospitalis qui d̓ castello suo beluer re
uertebatur cum decē fratribus inclu
si sunt ab eis iuxta casale roberti. licet
aūt non nisi centumuiginti milites in
comitatu suo haberet .x. milibus sara
cenorum mirabiliter resistentes mul
tis ex eis interfectis ipe tandē fere oēs
interfecti sunt vel retenti. magistro āt
templi cum paucis fuga elapsis, ma
gistro vero hospitalis trucidato ꝑmo
die may cruentam de cristianis repor
tarunt victoriam. Ex quo facto aiosio
res saraceni effecti mensio iulij sequē
ti omnibus viris suis in vno congre-
gatis regni cristianorum. ex parte da-
masci ciuitatem scilicet tyberiadez ob
sederunt. Jam enim comes tripolita-
nus cuius erat ciuitas a saracenis cap
tus treugis recesserat eo ꝙ imponeret
sibi ꝙ contra regem ⁊ regnū mala plu
rima machinans saracenis confedera
tus fuisset. Munitat igitur predictam
ciuitatem contra saracenos vxore sua
in presidio relicta. Dominus aūt gui-
do rex hierosolimitanus ⁊ Raymun-
dus comes tripolitanus cum omni-
bus fere totius regni nobilibus cum
equitibus ⁊ peditibus quotquot habe
re potuerunt diuino auxilio dei desti-
tuti saladino ⁊ suos occurrentes tento
ria sua circa fontem tephoritanū loca
uerūt de multitudie: siquidē sua plus-
q̄₃ de diuino auxilio confitentes. A p̄-
mo em̄ introitu latinorum ⁊ terraz san
ctam cristiani tot milites in vno prelio
congregare nequiuerunt. Erant enim
mille ducenti milites loricati pedites
aūt cū armis ⁊ arcubus ⁊ balistis circi
ter .xx. milia infausti expeditōne inter
fuisse dicuntur. die aūt sequenti cum
de cristianorum exercitu versus obses-
sam ciuitatem leuiter progrederetur
copiosa equitum multitudo exercitꝰ
saladini a dextris ⁊ a sinistris christia-
nos proterue nimis infestans sagittis
et spiculis tam equos q̄₃ equites sine
intermissione vulnerans in loco arido
⁊ inaquoso exercitū cristianoꝝ castra
locare ⁊ tentoria figere coegit ꝙ prudē
ter attendens saladinꝰ seq̄nti die prius-
q̄₃ ad aq̄s exercitꝰ cristianꝰ ꝑuenire po
tuisset iuxta thronū et hin ordinat⁊ se-
cūdū militarē disciplinā aciebus xp̄ia
noꝝ tam equitibꝰ q̄₃ equis sitientibus
Saladinꝰ dimicaturꝰ hostiliter occur-

rit. Erant aūt dies feruētes valde. mē-
se āt iulio. iiij. nonas eiusdē i festo trās-
lationis scti martini anno incarnatōis
dñi supradicto. s. millesimocentesimo
octuagesimoseptimo tradidit dñs po
pulū xpianoꝝ infinitis pctis eoꝝ exi
gentib⁹ i māib⁹ impioꝝ adeo ꝙ xpiani
subito terga dātes ab inimicis fere oēs
a maxio vsqꝫ ad minimū trucidati sūt
vel in captiuitate detēti in tantā ei for
midinē z pusillanimitatē hūiliauit eos
dñs ꝙ vn⁹ ex hostib⁹ versauice centum
ꝑsequebat ex xpianis. z quidā arma
sua turpiter ꝓiicientes in manib⁹ ini
micoꝝ se gratis tradebant facta autē
magna strage cesoꝝ. Guido etiā rex
hierusalem z magister militie templi
cū multis aliis tam maiorib⁹ ꝙ mino
ribus ordinis in captiuitate detentis
abierūt absqꝫ fortitudine ante faciē
subseqntis vt aūt certis indiciis z eui-
dentib⁹ signis deū visibiliter offensum
agnoscerent z diuine ꝓtectionis clipe
um ab ipis recessisse nō dubitarent li-
gnū salutifere crucis qd die illo tene-
broso secū in prelio detulerūt lamēta-
bili infortunio amiserūt et post pau-
cos dies saladin⁹ ille inimicus christi
non solū ciuitates plures ac alia loca
regni sed z ciuitatem sanctam hierusa
lem occupauit cui⁹ excidii tota causa
fuit. qr vt dictū ē tota terra erat facino-
rib⁹ plena z rar⁹ erat in monasterio et
rarior in seculo quem non morb⁹ vel
luxurie vel auaritie infecisset. dedit eti
am opam proditor comes tripolitan⁹
Cum supradictus vrban⁹ papa terci⁹
audiuit captā esse hierusalem ab ini-
micis christi pre dolore post modicū
obiit.

Centesimūdecimūnonū bellū
inter saracenos z xpianos acci
dit anno dñi Millesimocente
simooctuagesimonono. Tempore cle
mentis pape tercii tūc crescente rumo
re lamentabili de terra sancta pleriqꝫ
assumpte crucis signo hierosolimam
ire posuerūt videlicet philipp⁹ rex frā
coꝝ z heinric⁹ rex angloꝝ z fridericus
octuagesimusoctau⁹ imperator z guil
lerinus rex cecilie qui iter maris libeꝝ
fecit et a piratis et turcis per margari
tū classis sue ducem fit ergo ingens cō
motio partiū diuersaꝝ gentiū per ma
re et per terras partes petentiū trans-
marinas rauenaten. et pisanen. archiē
pisules cū magno de italia agmine tiri
appulsi sunt. Fridericus imperator fi
nes imperii aggredit cū multitudie i-
finita. de frisia vo z dacia naues. l. de
flandriis quoqꝫ trigintaseptē de fran
tia etiam et campania ꝙ plures illu-
stres militie titulis gloriosi etas nulla
meminit nec refert historia tantā mo
tionem populoꝝ. Philippus et Ri-
chardus francie et anglie reges apud
mesanam vix appulsi non valentes ꝓ
gredi ibidem yemarunt ad quos ab-
bas Joachim veniens vocatus ab eis
de calabria sciscitatis de futuris respō
dit ꝙ mare quidē transirēt sed parum
ꝓficerēt ne dū adesse tpa quib⁹ recupā
da foret hierusalem ꝙ et ita contingit
Nam solū achon ciuitatē decursu fe
re biennio qn ceperat obsideri fuit ca
pta per reges predictos vbi philippus
rex francie fuit infirmus z ido appara
tu suo duci burgundie cōmisso rediit
a partib⁹ trāsmarinis. Imperator vo
ad quosdā locoꝝ augusti adueniēs re
perit multitudinē thurcoꝝ cū quibus
bellās triūphauit postqꝫ fluuiū qndā
transiturus mergit z vix extractus pau
lo post moritur. fuit quidē vir magna
nimus qui post karolum magnū i ge
stoꝝ magnificētia parem non habuit
cui⁹ exercit⁹ antiochiā venit vbi dū fixa
corpa reficiunt z epulis intendunt tot
obiiūt vt de tāto exercitu pauca milia
remanerent. Richardus anglie rex p⁹

multa naufragia rediens ꝑ haustriam
trāsire secrete deliberās a duce captus
traditꝰ impatori a quo ꝑ annū detentꝰ
exactione maxima reddit suo regno.

c Centesimūuicesimū.bellū inter
saracenos ⁊ xpianos accidit an
no dñi. M.ccxvij.tpe honorij
pape tercij. Tunc congregatur exer-
citus achon cū regibꝰ hierl'm cypri hō
garie ⁊ ducibꝰ haustrie bauarie frācisqꝫ
ꝙpluribꝰ ⁊ germanis redeūtibus vero
hongaris aliq egiptū applicantes da
myatā capiūt pereūtqꝫ tam ferro ꝙ fa
me octuaginta milia saracenoꝝ deni-
qꝫ captis cardinali tēplarijs ⁊ hospita-
laꝝ totoqꝫ exercitu excepto rege qui a
cardinali discordās recesserat. damya-
taqꝫ ꝑ annū a xpianis fuerat possessa
ꝓ eoꝝ redemptōe fuit reddita pagāis
hoc tpe ab eodē papa btūs pr̄ nr̄ fran
ciscus regulam confirmauit.

c Centesimūuicesimūprimū bel-
lū inter saracenos ⁊ xpianos ac
cidit anno dñi Millesimo ducentesi-
moxxxiij. Tunc predictus rex Alfon
sus. viij. nepos impatoris cū regnasset
quinqꝫ annis videns damna que sara-
ceni continuo inferebant xpianis nec
tradens obliuioni quādo fuerat victus
ab illo miramamolim affricano supra
dicto consilio habito cū magnatibꝰ re
gni sui diffinitū fuit ꝙ melius erat ꝙ
ponerent se in fortuna belli ꝙ sufferre
continuo tāta dāna saracenoꝝ ⁊ factū
est ꝙ infans fernādꝰ regis predicti fili
us misit ad papam pro cruciata vt suc
cursum haberet pater eius ꝯ saracenos
qui loca eius ceperāt et insuper minas
dederāt scꝫ veniendi ad destruendū re
gnum. papa aūt vidēs ꝙ erat iusta pe-
ticio concessit ⁊ mandauit ꝙ predica-
ret per omnia regna cristianoꝝ ꝑ an-
num ante terminum prefiniti belli af-
firmati tam per saracenos ꝙ per xpia-
nos ⁊ interim ꝙ crux predicabat pdcō

habito consilio congregauit rex alfon
sus exercitū suū ⁊ intvt ꝑcurreret ter-
rā saracenoꝝ ⁊ cepit tūc alcalā ⁊ ixurq
ram ⁊ grandum ⁊ cubas ⁊ reuersus est
in terrā suā ꝓpter itēpestatē yemis. Et
tūc in mense februarij cū esset in ma-
iori loco mortuꝰ est filiꝰ eiꝰ infans fer-
nandus de quovalde doluit qꝛ vnicus
ei erat. licet filias haberet ⁊ sepultus ē
in monasterio monialiū ciuitatis bur
geñ. qđ dr̄ lashuelgas. Illud eñi mo-
nasterium cum quodā solemni hospi
tali ꝓpe eū edificauerat predictus rex
alfonsus. viij. ⁊ mirabiliter dotauit oi
bus necessarijs. Cum ergo tpus veris
veniret quo solent reges ad bella ꝓce
dere congregatis exercitibus suis vēit
ad ciuitatem toleti vbi inuenit multas
gentes cruce signatas diuersaꝝ natio
nū ⁊ linguaꝝ ⁊ tunc etiā accessit ibidē
rex petrus arrogonie cum toto exerci
tu potestatis sue ac alie multe gentes
regni francoꝝ venerūt etiā ibi omnes
prelati magnates milites scitiferi et ci
ues regnoꝝ suoꝝ gentes etiā ex italia
roma lombardia almania ⁊ portuga-
lia ⁊ precepit rex alfonsus ꝙ cōputarē
tur omnes gentes que venerunt extra
regnū suū et inuenti sunt. x. milia equi
tum et. c. milia peditum ⁊ locutus est
virtuosus rex alfonsus cū omnibꝰ ca
pitaneis ⁊ pncipibus oīm exercituū ⁊
dedit eis omnia necessaria qui nimis
contenti de eo promiserunt sibi ꝙ vel
vincerēt bellū vel morerentur cum eo.
Dato ergo solido illis quibus dandū
erat datis etiā plurimis armis non ha
bentibus ⁊ bestijs plurimis ad portan
dū necessaria inuentus est numerꝰ be
stiarum. lxx. milium. Egressus ē ergo
alfonsus rex cū exercitibus suis a tho
letho die lune. xij. mēsis iunij ⁊ appro
pinquātes ad terram saracenoꝝ cepe
runt statim malagon ⁊ calathranā vete
rem. Et tunc appropinquauit ibidem

rex sancius nauarre cū toto exercitu ꝑ tantis sue ⁊ inde ꝓcedētes venerūt ad locū qui dr̄ gnadabira qui est sub monte delmuladar ⁊ inde accesserunt ad locū q̄ dr̄ lalosa ex quo loco viderūt tentoriū ipsi⁹ miramamolim qđ erat totū coloris rubei saraceni aūt ceperūt totū illū transitū. ⁊ ideo christiani trā- sire non poterant ad miramamolim sine maximo periculo ꝓpter asperitatem ⁊ artitudinem vie. Cum ergo pre dicti reges essent in consilio quid sup hoc agere deberent ecce apparuit eis angelus dn̄i sub forma pastoris qui di xit regi alfonso ꝙ ipe ostenderet eis vi am per quam secure possent trāsire. ⁊ insup pascua virentia ⁊ fontes delecta bilissimos ad bibendū: ⁊ sic factū est. Venerunt ergo ꝑ viam quā eis osten dit ⁊ inuenerunt in altitudine illa quā ascenderunt planiciē magnā ⁊ omnia que dixerat eis angelus dn̄i. Illū aūt amplius videre non potuerūt ex quo cognouerūt illū fuisse angelū domini ⁊ cum cognouerunt saraceni ꝙ christi ani transirent ad predictum locū do- luerunt valde. Fixis ergo ibi tentorijs suis in loco vnde poterant videre sara cenos ⁊ econtra manserūt ibi trib⁹ di- ebus vt requiescerent modicū a labo- ribus suis. In predictis aūt tribus die- bus semp tenuerunt saraceni suas aci es ordinatas. Die autē dn̄ica hora me die noctis que erat. xvj. dies iulij. audi ta est vox quedam de celo ab omnib⁹ existentibus in exercitu xp̄ianoꝝ di- cens. Surgite fili dei armamini ⁊ ite ad bellū qua voce ab omnibus audita confortati sunt nimis perceptis ğ salu taribus sacramentis cum venit lux di ei exiuit exercitus dn̄i armatus ⁊ ordi natus. Saraceni similiter ordinauerūt acies suas. Erat aūt exercitus eorum octuaginta milia equitum. peditū vo non erat numerus quia non remansit aliquod regnum saracenorum de quo non fuerunt ibi saraceni inter q̄s erāt multi reges ⁊ principes ⁊ vbi erat ten torium predictum rubeū illius mira- mamolim fecit fieri circulū magnum quasi currale constructū vndiqꝫ ex ho minibus armatis circūligatis cathe- nis ad crura ne aliquo mō fugere pos sent quoꝝ numerus erat vltra centum milia saracenoꝝ nigroꝝ qui oēs ha- bebant adergas enses ⁊ lanceas ⁊ itra circulum illū erant multi reges et alij magni dn̄i quasi triginta milia ad ser- uandum miramamolim. Intra erant etiam sagittarij inumeri et multitudo archaꝝ que plene erant sagittis. extra circulū vo predictū erant tot acies ter ribiles ordinate ꝙ pauor erat ad vidē dum ⁊ tanta videbat̄ mltitudo ꝙ nul lus poterat numeꝝ existimare. In me dio vo tocius multitudinis erat pre- dictus miramamolim armatus ⁊ indu tus desup quadā nigra almosia ⁊ su- per illam alia inconsutilis tenens en- sem ad collum ⁊ libeꝝ alcorani ante se Cū ergo reges cristiani inceperūt mo- uere se ꝯtra inimicos xp̄i subito appa ruit eis crux pulcerrima in celo mul- torum ⁊ mirabiliū coloꝝ quam oēs christiani viderūt vt narrat in cronica sua rodericus archieꝑus ꝓpter qđ sig num oēs xp̄iani fuerūt nimiū ꝯfortati ⁊ irruerunt viriliter ⁊ ordinatissime in saracenos ⁊ factum est ꝑlium mag num. Die eadē dn̄ica que fuit. xvj. di es iunij ⁊ post plurimā cedem sarace- norum ꝯfractū est currale ex multipli ci parte ⁊ victi sunt saraceni mirama- molim vo cū pauc̄ euasit. Secuti sūt aūt xp̄iani tota die ⁊ tota nocte sarace- nos fugentes occidētes ⁊ vulnerātes eos ⁊ reuersi sunt in locū belli qui dici tur vulgariter laslanas. de tholosa in- uenti sunt mortui saraceni. cc. milia. Ꝺ xp̄ianis vo solū. cc. ⁊. xxv. ꝑsone. ⁊ ste-

terunt ibi reges christiani cum toto exercitu suo octo diebus expoliantes campum et tantam multitudinem auri et argenti ibi inuenerunt quod vix poterant sufficere ad colligendum. vt videret rex Alfonsus In illis autem duobus diebus nihil aliud combustum est pro cibarijs preparandis in toto exercitu nisi solum haste lancearum et sagittarum saracenorum sed nec terciam partem comburere potuerunt et dedit rex alfonsus regi arrogonum tentorium illius miramamolim et precepit dono didaco domino viscaye quod diuideret campum qui in hunc modum diuisit dicens. Domine omnes diuitias quas nos et vos milites vestri habere debemus huius belli miramamolim eo modo quo sunt intra currale omnes sunt reges arrogonum et reges nauarre. Vobis autem domine honorem belli do quia vos habere debetis. Alij vero gentes gaudeant de his que habuerunt quod verbum placuit omnibus regibus et processerunt inde cum leticia magna et ceperunt castrum debilkes et ferrarbonos et castrum quod dicitur lasnanas de tholosa. Et inde venerunt baeccios et neminem intus inuenerunt. Progredientes vero vltra irruerunt in ciuitatem vbetensa que plena erat saracenis fugientibus vltra .xl. milia et obsederunt ciuitatem et breui spacio capta est ciuitas sic quod nullus saracenus euasit quin fuerat mortuus vel captiuus vbi etiam plurimas diuitias inuenerunt et destruxerunt ciuitatem vsque ad fundamentum. Quo facto reges arrogonum et nauarre propter infirmitates varias exercitus inualescentes felici expeditione in regna sua sunt reuersi. Rex vero alfonsus cum magna leticia et honore reuersus est tholetum vbi magnifice remunerauit milites suos et extraneos. Hic magnificus et virtuosus rex Alfonsus octauus post plurima bella et gloriosas victorias. cum iret vt se videret cum regi alfonso legionis infirmatus est in quodam loco prope areuelum qui dicitur garsimin[9] vbi preceptis sacramentis et facto testamento feliciter migrauit ad dominum anno .liij. regni sui et successit ei in regno filius eius henricus primus .vij. rex castelle. Jacet autem sepultus in supradicto monasterio monialium burgensi quod ipse construxerat. Regnauit autem rex henricus predictus .xiij. annis qui ambulans ludendo cum pueris suis in ciuitate Palensi casu percussa quadam tegula cecidit et percussit regem in capite de quo mortuus est et sepultus est in predicto monasterio burgensi apud fratrem suum infantem fernandum et successit ei in regno rex fernandus filius regis alfonsi legionis et domine beringarie filie supradicti regis alfonsi nepotis imperatoris quia predictus rex henricus non reliquit proles et in hoc rege fernando mortuo patri suo regi legionis coniuncta sunt regna castelle et legionis pro semper.

Centesimum .xxij. bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimo ducentesimo .xxx. tempore gregorij pape .ix. Tunc iacobus rex arragonum congregata classe sua per mare venit super maioricam et deuictis saracenis cepit ciuitatem et totum illud regnum.

Centesimum .xxiij. bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimo ducentesimo .xxxviij. Tunc iacobus rex arrogonum congregato exercitu suo venit super valentiam et obsedit et cepit eam pluribus bellis saracenorum deuictis.

Centesimum .xxiiij. bellum inter saracenos et christianos accidit circa annum domini millesimum ducentesimum quadragesimum secundum tempore celestini pape quarti tunc tartari cum magno exercitu hungariam et poloniam vtramque armeniam ruciam et alapiam vastant et vsque ad fines germanie peruenerunt.

Cum antez timerent responsuz habuerunt et dictum est eis. Ite securi quia spiritus diffidij et incredulitatis et discordie precedent vos sicque factum est. Ante eñ introitum eorum rex pricipes clerus et populus diffidebāt. et ideo in introitu eorum parare se nolebāt. et cum tartari se defenderēt per regnū hungari timore confusi fugerūt et multa milia hungarorum sunt occisi.

Centesimū.xxv. bellū inter saracenos et xpianos accidit anno dñi millesimoducētesimo quadragesimo nouo tpe Innocentij qrti. Tunc rex francorum Ludouicus qui postmodum fuit sanctus et canonisatus zelo fidei succensus tribus fratribus suis cruce signat9 et congregata magna classe nauigās per mare applicuit portum cipri vbi hiemauit. In sequenti autem vere veniens damiatan littora nili plena saracenis inuenit defendentibus sibi terram sed bellans cū eis viriliter cum balistis fugauit et terruit eos adeo que ciuitatem munitissimam liberamque dimiserunt fugientes quam rex et sui mirātes intrauert esta te ac sequenti hieme tenuerunt.

Centesimum.xxvj. bellum iter saracenos et christianos accidit anno domini millesimoducētesimoquinquagesimo. Tunc predict9 rex Ludouicus cum exercitu suo contra soldanum babylonie egreditur sequens predictum nili alueum videlicet saraceni preliari cum eo formidantes transitum precluserunt sed Robertus frater regis suspicans que eodē cursu vltima responderent primis in quadam aggressione villā occupat almoseram vbi inito certamine saraceni plurimos perimunt cristianos. Inter quos frater regis fuit perditus nec inuētus Consequenter regis exercitus tāto fuit subiectus infirmitatib9 que coci et alij armis non vsi assumebantur ad excubeas et diurnas custodias loco egrotātium dominorum quod saraceni presentientes regem insequunt et in quodaz loco interclusum cum fratribus suis karolo et alfonso capiunt et alios plures interficiūt et plures retinent captiuos sed tractu habito cum soldano rex cuz captiuis magna interueniente pecunia liberatur et damiata redditur saracenis propter quam pecuniam soldanus fuit postea a suis interemptus vasallis et damiata dirupta nec ad man9 iterato perueniret cristianorum. Rex vero ad ciuitatez rediens aconeñ. vero quinquennio illis mansit in partibus multaque loca muniuit et captiuos plurios redemit. Quo tempore facta est subito crucis signatio pastorum illorum et puerorum in francia vsque ad numerum circiter xx. milium dicentiuz se angelos vidisse et ad vlciscendum regem missos esse Inter quos aliqui magistri vocabantur signantes more episcoporum aquam benedicentes matrimonia cōiungentes religiosos vero et clericos spoliātes interdū verberantes et interdum occidentes et nullus restituit seu cōpescuit malignantes. Sic ergo per legiones ad diuersos portus maris.s. mersiliaz et brandusiaz peruenientes inanes et vacui redierūt. sic que in breui tempore vt fumus euanuerunt. ferebat autem que vetulus de monte q arfacides dr a puericia duos clericos scismarinos in carcere detinuerat nec vnque eos dimittere voluit donec ab eis vt regni frācie pueros sibi adducerent firmam promissionez accepit. Ab his ergo estimabātur benedicti pueri quibusdam falsis visionum rumoribus atque promissionibus ad se cruces signandos electi.

Centesimū.xxvij. bellū iter saracenos et christianos accidit āno

domini millesimo ducētesimo sexagesimo tercio tempe vrbani pape quarti. Tunc manfredus tirannice retinens patrimoniū ecclesie.s.regnū cecilie exercitum magnū saracenoꝝ in eundē patrimoniū introduxit. Sȝ pdict⁹ papa Vrbanus quartus p crucē signatos victoriā reportauit ꝛ de pr̃imonio ecclesie ipsos fugauit. ꝛ tunc contulit karolo fratri Ludouici regis francie predictū regnum cecilie: hic fuit frater sancti ludouici fratris nostri.

c Entesimū.xxviij.bellū inter saracenos ꝛ xp̃ianos accidit āno dn̄i millesimo ducētesimo lxiiij Tunc iacob⁹ rex arogonū cōgregato exercitu suo ciuitatem murcie saracenoꝝ que rege castelle tributaria erat obsedit ꝛ expugnauit ꝛ cepit.

c Entesimūxxix.bellū inter saracenos et xp̃ianos accidit anno dn̄i millesimo ducētesimo lxvij Tunc predict⁹ rex fernādus scōs viij. rex castelle āno regni sui.xv.p̄cepit filio suo infanti alfonso vt intraret ꝛ per curreret terrā saracenoꝝ q̄ cū exercitu suo destruxit terrā ciuitatꝭ cordubeñ. ꝛ cepit plonā ꝛ venit ɔ̄ terrā hyspaleñ. ꝛ xeriseñ.ē destruxit quicquid inuenit fixitq̧ tētoria sua sup ruinā guadalete Rex ꝟo saracenoꝝ abēhuc cū h̄ sciuit cōuocauit clamorib⁹ totā terrā ꝛ venit ad locū dexerit posuitq̧ regale suū inter villas ꝛ xp̃ianas fecitq̧ septē acies in quaꝝ q̄libet ad minus erāt mille eq̄tes.peditum ꝟo non erat numer⁹.xp̃iani ꝟo etiam ordinauerunt acies suas ꝛ inuenti sunt mille equites ꝛ duo milia peditū.ducebant autem secum q̄ngētos saracenos q̄s captiuauerat: hos statim decapitauerunt.Cōmissum est ergo bellum asperrimū inter vtrosq̧ ꝛ cum adiutorio altissimi ꝛ sancti apostoli Jacobi qui apparuit christianis in bello victi fuerunt saraceni ꝛ tot fuerunt mortui ex eis q̧ non fuit numerus eoꝝ estimatus.

c Entesimum.xxx.bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit anno domini supradicto millesimo ducentesimo lxvij. Tunc eñ soldanus babylonie vastata armenia antiochiam obsedit quā post aliquos dies captam occisus et captiuis viris et mulieribus in solitudinē redegit.

c Entesimū.xxxj.bellum īter saracenos ꝛ xp̃ianos accidit āno domini millesimo ducētesimo lxix. Tunc predictus rex fernādus secundus octauus rex castelle cōgregato exercitu suo obsedit vbedaȝ cepitq̧ eam viribus ꝛ reuersus est cum honore in ciuitatē Toleti.

c Entesimū.xxxij.belluȝ inter saracenos ꝛ xp̃ianos accidit anno dn̄i millesimo ducentesimo lxx. Tunc supradictus rex francorum ludouicus non territus laboribus preteritis ꝛ expensis de q̄bus supradictuȝ est. Johānesq̧ comes murneñ.philippus ꝛ petrus liberi eius pictauie frater eius attribateñ.q̄ȝ ꝛ britanie comites. Theobaldus rex nauarre multiq̧ milites atq̧ plebes ꝛ ecclesiaꝝ prelati veniunt ad mare.vj.kalendas Julij. ꝛ ab aquis mortuis incipiunt nauigare insiditq̧ eis cōsiliū vt regnum tonicij q̄d trāsfretantib⁹ dabat xp̃ianis impedimentum p̄mo subiceret sue potestati. Eodēq̧ mense circa festū btē marie magdalene ad portū karthagenis repulsus saracenis litt⁹tuentib⁹ applicuerunt ꝛ ciuitatē capiūt in instāti.ac castra ɔ̄ tonciū posuerūt quā cū p mensem obsedissent occulto dei iudicio infirmitas in exercitu inualuit sic q̧ fili⁹ regis comes niuerneñ.iohs ꝛ post eñ legatus cardinalis episcop⁹ albaneñ. obierunt. Deinde benedict⁹ rex ludouicus in vigilia sancti Bartholomei

obijt videnscp exercitus xpianorum qz tu te non valebat hiemare in ptibus trasmarinis primitus rege Conicio facto tributario regi cecilie et xpianis captiuis libere dimissis et qz fides cristiana p predicatores et minores liberet predicaretur remeauit.

c Entesimū.xxxiij.bellū inter saracenos et xpianos accidit ano dñi millesimo ducentesimo septuagesimo primo. Tūc rex pdict9 Fernandus cupiens seruire xpo cogregauit exercitum suū et venit sup ciuitatē cordubeñ. obseditqz eam et post multa bella data est sibi ciuitas et tūc virtuosus rex fernandus remisit campanas ad ecclesiam sancti Jacobi quas duxerat almansor sicut supradictum fuit. Post hec cepit Arionam et pegalgaiar et metixar et carthenaz cepit etiā illoraz quam ignibus cremabat et obsedit granatam ppter quod rex granate factus est eius vasallus tributari9 et tradidit tunc regi fernando gibenium deinde cepit carmonā et constantinam et acalamdelrio.

c Entesimū.xxxiiij.bellum inter saracenos et xpianos accidit anno dñi millesimo ducentesimo octuagesimonono tempe Nicolai pape quarti. qui primo fuerat generalis ordinis minorum. Tunc soldan9 babylonie congregato magno saracenorum exercitu tripolim ciuitatez obsedit et dū letanie fierent sancti Marcij capta fuit ciuitas occisis captiuisqz christianis pluribus xpianitatis nomen deletum fuit in eadem.

c Entesimū.xxxv. bellum inter saracenos et christianos accidit āno dñi millesimo ducētesimo octuagesimonono. Tunc pdictus rex fernandus scōs octau9 rex castelle cōsiderans qz ciuitas hyspaleñ. erat d pn cipalibus mundi qz receptaculū terre et maris desiderio magno concupiuit habere illā. Vocato ergo raymundo bonifacio tūc almiranti pcepit sibi qz statim congregaret maiorem classem p mare quam posset et veniret sup ciuitatem hyspaleñ. et factū est ita. Rex vo per terram cum exercitu magno venit et sic mare et per terram obsessa est predicta ciuitas hyspaleñ. xvj. mensibus in quibus fuerunt bella multa in aq et in terra et effusus plurimus sanguis specialiter saracenorum sicut plenius cōtinetur in generali hystoria hyspanie. Quare nō valentes sustinere bella saraceni cum essent nimis continuo angustiati tradiderunt regi fernando nobilissimā ciuitatem hyspaleñ. ex pacto qz extraherent omīa bona sua. Intrauit aūt predictaz ciuitatē vtuosus rex fernandus scōs in die sancti Clemētis anno dñi Millesimo ducentesimo nonagesimo. Et post hec lucratus est villam que dr xeres delafrontera et medinam delalbohera et alcalam delos gōsales et beier et calis et sant lucar d barrameda et archos et librixā et omīa alia vsqz ad mare octo annis stetit hic vtuosus rex fernandus in frontaria saracenorum qz nō venit in castellaz et postqz lucratus fuit ciuitatem pdictā hyspaleñ. ordinabat iam transire in affricā et multi reges affricani concordauerant se subdere sibi si trāsisset. Sz infirmatus est in predicta ciuitate hyspaleñ. et sic videns se infirmū et declinantē ad mortem vocato ad se filio suo ifanti alfonso primogenito quē habuerat in vxore sua regina beatrice dixit ei. Ego dimitto tibi terram citra mare lucratam vl' tributariam et si tu sustinueris regnuz sicut ego tibi dimitto eris tal' sicut ego et si plus acquisieris eris melior me. et si de hoc aliquid perdideris non eris talis sicut ego. Et data bñdictione predicto filio suo alfonso fcā confessione

⁊ ordinato testamento petiit corp⁹ dñi cum. Et factū est cum quidam religios⁹ intraret ad eū cū xp̄i sacratissimo corpe in manibus suis videns virtuosus rex pcepit se expoliari vestib⁹ regiis ⁊ indui aliis vestimentis pauci valoris descē ditq₃ de lecto in terrā cū maxia humilitate ⁊ genib⁹ flexis sup terrā restē quā dam ligauit ad guttur suū ⁊ accepta cruce in manibus suis adorauit eā lachrimosis gemitibus ⁊ dicēdo verba magne fidei ⁊ deuotionis. Quo facto petiit veniā ab oībus circūstantibus ⁊ cum oēs ei pepercerūt recepit corpus dñicū cū magna reuerētia ⁊ dei timore. ⁊ cū reclinat⁹ iterū esset in lecto mādauit sacerdotib⁹ q̄ cantarēt letaniam ⁊ te deum laudam⁹. ⁊ sic tenēs candelam incensam in manib⁹ feliciter migrauit ad dñm anno dñi millesimo ducētesimo. xciij. Regnauit. xxxv. annis. ⁊ sepultus est honorifice in ecclia maiori hyspaleñ. Et successit ei in regno vt dictū est filius eius alfonsus. ix. q̄ fuit ix. rex castelle.

C Entesimū. xxxvj. bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit āno dñi Millesimo. cccxvj. Tūc p̄dictus rex alfonsus non⁹ ꝯgregato exercitu suo venit in terram saracenoꝝ ⁊ obsedit quandā villā que dr̄ texeda et cepit. post hec cepit villā cericēsem bis cepit etiā meblam ⁊ algarbiū ⁊ gibraleon ⁊ huelmam ⁊ sepiā ⁊ morā ⁊ alcabim ⁊ castꝝ marim ⁊ tamrā ⁊ farum ⁊ laule ⁊ edificauit de nouo villā regalē Regnum etiā murcie qd̓ ab ei⁹ subiectione fuerat eleuatū iterū sibi subiecit. Ipse etiā obsedit aliezriam p terrā ⁊ p mare multis diebus ⁊ posuit ducē sui exercitus infantē petꝝ filiū suū et nō fuit ꝯsecutus finis qꝛ soluta fuit classis maris p saracenos vltra marios. Qui quadam astucia nouerūt galeas ⁊ naues christianoꝝ esse vacuas ꝓpter infirmitates inualescentes erant fere oēs christiani in terra cum infante Petro. Subito ergo irruentes saraceni occiderunt paucos infirmos quos inuenerunt in galeis ⁊ sic breui spacio soluta fuit classis christianoꝝ ꝓpter quod infans petrus cū exercitu suo habuit dimittere obsidionē cum p mare libere saraceni mitterent iam ꝓuisiones i ciuitatem. Predict⁹ rex alfonsus non⁹ fuit tante magnificentie q̄ veniente ad eum quadam imperatrice cōstantinopolitana vt eā adiuuaret ad redimendum maritū suū impatorē quē captiuū tenebat soldanus babylonie ⁊ erat preciū. l. quantala argēti cui⁹ precij duas ptes tenebat impatrix quaꝝ vnā sibi dederat papa. Aliā vero rex francoꝝ Ipse solus soluit totā redemptionē eo pacto q̄ restitueret pape ⁊ regi frācoꝝ ptes q̄s receperat ꝓpter qd̓ regnū tūc remansit in magna pauptate. Fuit etiā tante fame q̄ mortuo impatore almanie fuit electus in impatorem in discordia tñ de qua electione fuit certificat⁹ p lr̄as pape ⁊ p ambasiatores almāie. qꝛ tñ multū tardauit in dispositiōe in viā vt pacificaret regnū suū licet arriperet viā nō obtinuit. Vñ certificatus in via de discordia almanoꝝ ⁊ de ingressu saracenoꝝ in regno suo reuersus est cū esset ꝓpe auinionē vt succurrēt regno suo qꝛ hic fuit rex magne sapientie ⁊ fecit librꝝ q̄ dr̄ lacptidas. Vñ regitur regnū castelle ⁊ est originale in camera regis sicut ego vidi. Et vtinā bñ attenderent reges successores ⁊ attenderent ⁊ executioni mādarent ordinē regiminis illi⁹ libri quia si hoc fieret crederem nullum regnū christianorū in regine regno castelle equipari. habundantia tamen ⁊ delicie rerum hui⁹ regni ⁊ inordinata cupiditas tirannorum ponūt velamen ante oculos p̄sidentium vt non solū p̄dictum librum sꝫ nec

honorem legis xprie attendant. et ideo semp vacantes in abysso cupiditatum et discordie nullum regnum fere xpianorum est sic in bono regimine offuscatum sicut est regnum castelle.

c Entesimum.xxxvij.bellum inter saracenos et xpianos accidit circa idem tempus. Cum enim pdictus rex alfonsus nonus recessisset a regno ad imperium suscipiendum et dimisisset regnum sub dominio filij sui infantis fernandi tunc abenyncaff rex vltra marinus transiuit mare cum multitudine graui vocatus et inuitatus p regem granate donus minimus qui psidebat in frontaria et notificauit pdictum transitum infanti fernando et interim ipse occurrit cum gentibus frontarie saracenis ex parte ecclesie erant autem pauci christiani in pparatione potestatum saracenorum. sed quia videbant se iam acies adinuicem ne forte diceretur quod fugiebant. Irruerunt viriliter in saracenos et mortui sunt plures ex vtraque parte. Cecidit etiam ibi predictus preses donus numus cuius caput abscisum misit abenyncaff presentatum regi granate et sic ea die concessa est victoria saracenis.

c Entesimum.xxxviij. bellum inter saracenos et christianos accidit paucis elapsis diebus post predictum bellum. Cum enim p totum regnum castelle diuulgaretur ingressus pdictus saracenorum omnes prepauerunt se vt irent ad frontariam. Inter quos primus qui accessit fuit infans saucius archiepiscopus toletanus cum aliquali multitudine militum christianorum et quia fuit sibi nunciatum quod multitudo saracenorum prope martos cum preda magna transibant noluit expectare alios milites qui veniebant. sed ipse cum suis occurrit saracenis et bellauit cum eis. Sed quia saraceni incomparabiliter erant multi victi fuerunt christiani et captus est predictus archiepiscopus et denudatus lancea occisus est et abscisum caput eius et manus dextera in qua annulum tenebat de morte predictorum duorum. scilicet doni numi et archiepiscopi toletani valde doluit predictus rex alfonsus audiuit enim eorum mortem cum esset in via imperij et ideo veniens guerram magnam fecit sarracenis. Regnauit xxxij. annis et abstulit sibi regnum in vita filius eius saucius propter quod maledixit eum veruntamen in morte reuocauit maledictionem suam et dedit litteras sigillis aureis sigillatas p ciuitatibus villis et castris ne possent annotari de proditione post eius mortem quia eleuauerunt se contra eum. Legitur etiam in cronicis quod hic rex alfonsus nonus dixit quandam blasphemiam contra deum. scilicet quod si ipse fuerat cum deo quomodo mundum creauit quod multi defectus qui ibi fuerunt facti non transissent. propter quod verbum cum die quadam oraret in oratorio suo ante ymaginem virginis apparuit sibi angelus ex parte dei et reuelauit sibi sententiam mortis prefixo sibi termino ab illa die vsque ad.xxx. dies inclusiue et factum est sic quoniam in prefixo termino ab angelo discessit ab hac vita et sepultus fuit apud patrem suum regem fernandum in ecclesia maiori hyspalensi. et successit ei in regno saucius filius eius decimus rex castelle qui regnauit nouem annis nihil fecit contra saracenos. Et successit ei in regno fernandus tercius filius eius vndecimus rex castelle qui regnauit.xv. annis et mortuus est. Causa autem mortis eius fuit quia precepit occidi duos scutiferos de carnayal et non fuerunt exauditi. Et ideo illi videntes iniusticiam citauerunt regem vt compareret coram deo.infra.xxx. dies ad dandum rationem huius iniusticie et sic factum

fuit quia in p̄fixo termino mortuus ē
et eo die quo mortuus est venerūt noua
quō infans petrus frater eius cepat alcan
dete quā obsessam tenuerat pluribus
diebus et successit ei in regno filius eius
alfonsus.x.rex castelle.xij. Jacet autē
sepultus p̄dictus rex fernandus terci
us in ecclesia maiori corduben̄.

Centesimū.xxxix.bellū inter sa
racenos et xp̄ianos accidit āno
dn̄i millesimoducentesimono
nagesimoprimo. Tunc acon nobilissi
ma ciuitas obsessa a saracenis capitur
xiiij.kal' Junij occisis plusq̄.xxx.milli
bus xp̄ianorum vtriusq̄ sexus. Causa āt
amissionis p̄dicte ciuitatis dr̄ dn̄orum et
nationū diuersitas facientiū ibi cōtra
riam voluntatem.

Centesimū.xl.bellū inter sara
cenos et xp̄ianos accidit anno
dn̄i millesimotricentesimodeci
mo.tpe Clementis pape quinti. Tūc
hospitalarij cū exercitu xp̄iano i festo
Assumptionis btē marie v̄ginis insu
lam Rodi capiūt que caput est vicina
rum insularum et extunc redacta fuit sub
dominio xp̄ianorum. Inde aptus appa
ruit in terrā sanctā transitus cristiāis
sequēti anno annullatus et cassatus fuit
ordotemplariorum qr in sua prophana
ꝓfessione abnegabāt xp̄m et expuebāt
sup crucem in obprobrium crucifixi et
adorabant dyabolū sub specie cati sic
plures de maioribus eorum ꝯfessi fuerūt.

Centesimū.xlj.bellū inter sara
cenos et xp̄ianos fuit circa ānū
dn̄i millesimū.cccxiiij.regnāte
in regno castelle rege alfonso nono fi
lio regis fernandi tercij predicti sub tu
toribus positis qr puulus Tūc infans
petrus auūculus vnus de tutoribus supra
dicti regis alfonsi. Congregato exerci
tu venit ad ciuitatē vbeten̄. et cum eēt
ibi die martis nona die may bono ma
ne appropinquāt ibi milicie regni gra
nate. Infans vo petrus confisus d' ad
iutorio altissimi exiuit ad eos et factū
est prelium magnum & victi fuerūt sa
raceni et mortui sunt ex eis mille quin
genti saraceni et qui erant inter eos ho
mines signati et magni domini et se
cutus est fugientes saracenos p q̄nq̄
leucas occidens et vulnerās plures ex
eis et post paucos dies obsedit Calnil
et albanar cepitq̄ eos et reuersus est cū
honore in ciuitatem corduben̄.

Centesimū.xlij.bellū inter sara
cenos et cristianos accidit āno
dn̄i millesimo .cccxliiij. Tunc
dominus Johannes manuel sup pre
dicto regi alfonso.x.et.xij.regi castelle
cum esset in frōtaria granate: audiuit
quomodo rex granate mittebat quen
dam saracenum qui dicebatur hosom
cum tota sua potestate contra ciuitatē
corduben̄.et q destreret totam terram
vsq̄ ad portam ciuitatis. Exiuit ergo
hoc audito predictus dn̄s Johes ma
nuel cum exercitu suo et cū magistris
ordinū et consilijs frontarie et venit ea
die vsq̄ ad flumē qd dr̄ guadalquenir
et ibi fuit factū graue bellum. Et inter
vtrosq̄ victus est hosom et plurimi sa
raceni trucidati q cum rex Alfonsus
sciuit gauisus est valde de victoria ha
bita dixitq̄ se voluisse in p̄dicto bello

Centesimū.xliij.bellum inter sa
racenos et xp̄ianos accidit āno
domini millesimo.cccxvij. tūc
dn̄s alfonsus infre admirandū maris
militans supradicto regi alfonso cum
sex galeis et sex nauigijs que dicuntur
lenonis et cum octo nauibus bellauit
cum.xxij.galeis saracenorum.deuicit
q̄ eos et cepit.iij.galeas et sūmerse sunt
in aqua q̄tuor et captiuati sunt ac mor
tui quasi mille ducenti saraceni.

Centesimum.xliiij. bellum iter
saraceno et christianos accidit
anno domini millesimotricen

tesimotricesimonono. Tūc infans pi: raso filius regis belamarin transiuit mare cum septem milibus equitum et triginta milibus peditū vt destrueret terram christianorum. Sed cum magister de alcancar et Gundislaus martini de oueto hoc nouerunt coniunctiq fuerūt cum gentibus ciuitatis yspalē. et Serisen. qui occurrētes preditos saracenos cum duobus milibus equitū et .ccc. peditibus irruerunt fortiter i saracenos: et factum est preliū magnum in loco qui dicit vega de pagana vbi victi fuerūt saraceni predicto infante picato et quasi omībus alijs saracenis q cum eo transierunt.

c Entesimūquadragesimūquintum bellum inter seracenos et christianos accidit āno dñi Millesimotricentesimoqdragesimo. Tūc donus alfonsus infre admirādus maris ballauit cū classe saracenorū corā alsesira: et pmittente deo victi fuerunt christiani et pierunt et capti fuerūt a saracenis octo galee et sex naues. mortuusq est ibi ammirandus et maior pars christianorū.

c Entesimūquadragesimūsextū bellum inter saracenos et christianos accidit anno dñi supradicto. Tunc em̄ in mense May incepit rex balamarin cū exercitibus suis trāsmare mediterraneū cū quo veniebant rex tonisu et rex bugie. durabatq trāsitus eorū vsq in finem octobris. Numerus aūt equitū qui transierunt fuit vltra octuaginta militū. peditū aūt ppter eorū nimiam multitudinem non erat numerus. et tūc perierūt omēs cristiani q erant in vndecim galeis etvna naui corā carifa cū tempestate maris tenentes predicti saraceni obsessam pdictam villam ab ingressu mensis augusti angustiantes eam sine intermissione. Venit etiam in eorū adiutoriū rex granate cū septem milibus equitū et peditū maxima multitudine. Obsedentibus ergo pdictis regibus saracenis tarifam venit vox hec ad regē Alfonsum nonū .xij. regem castelle predictū et ad regem alfonsum portugalie q diuina clemētia in vnū congregati cū tredecim milibus equitū. et viginti milibus peditum venerūt vt succurrerēt predicte ville obsesse: et cū puenerūt ad vadum carise: miserūt in nocte ad predictam villam obseruantes decrementum maris qngentes milites qui exeūtes ab aquis p horam maris transeuntem intrauerūt nocte carisam ignorantibus saracenis. Altera vo die de mane venerūt saraceni aciebus suis ordinatis ad transitū predicti vadi et inceperūt bellū cū christianis: qbus bellātibus exierūt christiani q erant in predicta villa cū introeuntibus et irruerūt in tentorijs saracenorū occidētes et expoliantes totū regale eorū: quia non erant q resisterent eis. Quod audiens rex almoafen cū alijs regibus et saracenis vt succurrerent vxoribus suis et filijs subito redierūt ad tentoria. Reges vo christiani cū exercitu suo dicentes fugiūt. dederūt post eorū terga: et sic placuit altissimo q seraceni victi fuerunt et fugientes tot fuerūt mortui ex eis q nō est aliquis q posset eorū numerum estimare et mortua est ibi horra vxor regis belamarim et ipe rex fugit in aliesiram in quadā equa q nō bibebant nisi lac camelorū et comedebant annonā mundatam et passas mūdatas que sicut aquila currebat tanta erat eius velocitas. et expoliantes christiani tentoria saracenorū et campū inuenerūt tātū de auro et argento q nō est aliquis q excogitare posset. Fuit etiā captiuatus infans abenamar filius regis benamaim et eductus ē ad regē alfonsū. Habita g gliosa victoria tāte mltitudinis

saracenoꝝ in signū victorie predictus rex castelle vexillū suum dño pape benedicto.xij.misit qđ vsq; in hodiernū diem in capella pape cammone cōservat. Fuit aūt predictū in die oīm sanctoꝝ anno quo supra. Et reuersi sūt predicti reges xp̄iani in regnis suis cum magnis diuitijs ꝛ honore. Sequenti vo anno predictus rex alfonsus castelle obsedit alcalam de bencayre q̄ nunc dicit alcalaria real. cepitq; eam ꝛ locomon ꝛ carcaboy ꝛ pryego ꝛ rute ꝛ benamixi matreya que a magnis tēpibus fuerant saracenoꝝ.

Centesimūquadragesimūseptimū bellū inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dñi. Mcccxlij. Tunc bellauit classis christianorum scz castelle que erant quinquaginta duarū galiarum ꝛ triginta nauiū cū classe saracenoꝝ que erat galiarū ꝛ nauigeorum que dicunt lenons.xcvj. ducebant etiā saraceni multitudinē capraꝝ sed dño coopante vicit classis castelle ꝛ soluta est classis saracenoꝝ submersaq; sunt in mari.xxxvj. galee saracenoꝝ ꝛ ceperūt.xxij. Alijq; fugierunt perieruntq; in bello nauali vltra viginti milia saracenoꝝ. Eodē etiā anno bellauerunt galee xp̄ianorum cū duodecim galeis saracenoꝝ que ferebant victualia aliezere: victiq; fuerūt saraceni ꝛ soluta classis eorum.

Centesimūquadragesimūoctauū bellū inter saracenos ꝛ christianos accidit anno dñi Millesimotricentesimoquadragesimoquarto. Tunc supradictus rex alfonsus.x. ꝛ rex.xij. castelle volens augmentari in corona regni sui. attēdens etiam quomodo gibraltar fuerat sua ꝛ steterat super eam cu maximis laboribus ꝛ expēsis: nec potuit eū recuperare ꝓpter malaꝝ damna que sui vasalli ꝛ natales in regno suo faciebant volens quasi emēdam accipere ꝓ gibralter. Congregato igit exercitu suo magno intrauit terram saracenoꝝ ꝛ obsedit aliezirā. ꝛ vt leuius eam accipet fecit ꝓpe eam aliā villam ꝛ circūdedit eā muro: ac populauit eam. ꝛ vocauit eam aliezirā nouā quo facto elapsis viginti mensibus sue obsidionis in vigilia oliuaꝝ.xxvij die marcij cepit aliezirā eo pacto q dimitteret saracenos exire salua eoꝝ vita. Et sequenti anno dñi Millesimo tricentesimo.xlviij. fuit prima pestilētia in regno castelle. ꝛ q: habita aliezira vidit ad oculum predictus rex Gibralter q̄ sua erat ꝛ cōcupiuit reducere eam ad regnū suū si posset. Ideo collecto exercitu suo magno obsedit eam p mare ꝛ terram anno dñi Millesimo tricētesimoquadragesimonono. Et sequenti anno qui fuit ann⁹ iubileus cū predictus rex teneret predictam villā obsessam in die veneris sancta.xxvj. die Marcij cū esset in plano ꝓpe mare fuit sibi ꝓpi natū venenū ꝛ mortu⁹ est ibidem. ꝛ vbi ꝓditio illa tractata fuit nūq̄ amplius nata fuit herba neq; nascetur vt narrat hystoria hyspanie. Et sepultus est in ecclesia maiori cordubē. regnauit.xx. annis. ꝛ successit ei in regno petrus filius eius.xiij. rex castelle. Iste fuit vir sanguinū ꝛ amicus saracenoꝝ quē occidit rex Heinricus secundus i montiel ꝛ successit in regno.

